AMOENITATES LITERARIÆ,

Quibus

VARIÆ

OBSERVATIONES

Scripta item quædam anecdota & rariora Opuſcula exhibentur.

TOMUS DECIMUS.



FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Apud DANIEL. BARTHOLOMÆI & FILIUM.
M DCC XXIX.





VIRO
SVMME REVERENDO, AMPLISSIMO
ATQVE
ERVDITISSIMO
DOMINO
GEORGIO WACHTERO
ECCLESIÆ, QVÆ CHRISTO
MEMMINGÆ ET IN AGRO
VICINO COLLIGITVR,
SVPERINTENDENTI,
UTI ANNIS VENERABILI,
ITA MERITIS GRAVISSIMO,

PATRONO SVO SINGVLARITER COLENDO.

)(NEC

NEC NON

RELIQVIS ORACVLORVM
DIVINORVM TAM IN TEMPLIS,
QVÆ à S. MARTINO ET D. VIRGINE NOMEN GERVNT,
QVAM XENODOCHIO
INTERPRETIBVS,

VIRIS MAXIME VENERANDIS, AMPLISSIMIS,
AC
DOCTISSIMIS DEQVE ECCLESIA PATRIA PERINSIGNITER MERITIS
INDIESQVE MERENTIBVS

DN. CHRISTIANO EHRHARTO,
PRÆCEPTORI OLIM SVO FIDELISSIMO,
DN. JO. CONRADO MAJERO,
DN. JOANNI BRANDENMVLLERO,
ET
DN. WERNERO HERMANNO

PATRONIS ATQVE FAVTORIBVS SVIS
ÆSTIMATISSIMIS

HVNCCE LIBELLVM

IN PVBLICAM VENERATIONIS ET OBSERVANTIÆ SVÆ TESSERAM CVM OMNIGENAE PROSPERITATIS VOTO

OFFERT

Jo. Georgius Schelhornius.

Con-



Contenta hujus Tomi.



I. DE



I.

DE

VITA ET SCRIPTIS ACHILLIS PIRMINII GASSERI

LINDAVIENSIS,

MED. DOCT. ET POLIATRI AVG.

DISSERTATIO

AVCTORE

JACOBO BRVCKERO.

§. I.

Meritorum de bonarum literarum ſtudiis, & de patriæ quoque fama virorum memoriam conſervare, ut pulchrum & decorum eſt; ita ii inprimis laudandi ſunt, qui, qua ratione orbis pariter litera-

rii atque patriæ incrementa promoverint, exponunt. Non exiguum vero ejusmodi virorum numerum, qui tum eruditionis claritate, tum fcriptorum doctiffimorum copia patriam, locumve, ubi munera gefferunt, nobilitaverunt, & nominis immortalitatem confecuti funt, Augufta Vindelicorum exhibet, inter quos, ut reliqua difciplinarum genera taceamus, Machaonica ars præftantiffimos viros protulit, ut alio tempore, favente Numine, pluribus docebimus. Unum jam nobis fpecimen fiftere animus eft, *Achillem Pirminium Gafferum, Lindavienfem, Medicinæ Doctorem & Poliatrum Auguftanum*, virum & eruditionis præftantia & fcriptorum doctiffimorum copia celeberrimum. Tantum vero abeft,ut meritis ejus non affurexerint, qui hiftoriam Germanorum literariam concinnarunt, ut potius paffim ejus fiat mentio. Inter συγχρόνους enim, quique vivi ejus eruditionem mirati fuerunt, HENR. PANTALEO, (*a*) MARTIN. CRVSIVS (*b*) & CONR. GESNERVS (*c*) ejus nomini perpetuam fecere memoriam. Poft fata

Aug. Vind. doctorum Medicorum alumna.

Gafferus multis memoratus.

(*a*) In *Profopograph., P III. p.* 301
(*b*) In *Annal. Svevic. l. IX. p.* 3. 6. 16 *&c.*

fata vero aliis quoque, inprimis MELCH. ADAMI, (*d*) PASCHALI GALLO, (*e*) PAVLO FREHERO (*f*) aliisque memoratus eſt, donec nuper deſideratiſſimos ejus Annales Augſtburgenſes, quibus tantam nominis celebritatem conſecutus eſt Noſter, Illuſtris JO. BVRC. MENCKENIVS, Lipſienſis Academiæ, immo totius Germaniæ ornamentum, *Collectionis Scriptorum rerum Germanicarum Tomo primo* inſereret, iisque in doctiſſima bonæque frugis plena præfatione ea de Gaſſero adjiceret, quæ Vir natalium ſplendore, eruditionis præſtantia, & ut meritis in patriam maximis, ita ſummo in bonas artes ſtudio conſpicuus Dn. WOLFG. JAC. SVLZERVS *Reip. Aug. Senator, rei bellicæ, annonariæ & Opificiariæ, Scholar. Evang. & Bibliothecæ publ. præfectus, Conſiſtorii Evangelici vice-Præſes etr.* partim etiam Viri Generoſi Dn. MARC. CHRISTOPH. KOCH A GAILENBACH, *Dicaſterii aſſeſſor*, & Dn. SIGISMVNDVS JAC. AMMANVS,

 quan-

(*c*) In *Bibliotheca.*
(*d*) In *vitis Medic. p.* 103. *ſeqq.*
(*e*) In *Bibliotb. Medica p.* 2.
(*f*) In *theatro vir. erud. clar.* P. *III. p.* 1275. ubi v. ſub Pirminii nomine, ſed male, laudatur.

quantum quidem temporis, quo cuncta circumfcribebantur, brevitas permittebat, cum eo communicarunt. Cum interim vero alia quædam nobis quoque ex benevola laudatiffimorum Virorum communicatione innotefcerent, quædam jam in fcriniis noftris latuerint, omnia vero paffim difperfa inveniantur, operæ pretium nos facturos, nec ingratum quoque foreLectoribus confidimus, fi, quæ tum ἀνέκδοτα, tum edita monumenta de Gaffero, ejusque fcriptis, inprimis de ejus annalibus, retulerunt, nosque de multo nobis ufu trito auctore obfervavimus, hic una ferie collecta Lectoribus propinemus.

§. II.

Gafferi natales. Natus vero eft Achilles Pirminius Gafferus anno S. R. MDV. Novembris tertio die, ante ortum folis (g) Lindavii ad lacum Bodamicum, patremque habuit Vlricum Gafferum, matrem Vrfulam Randeckiam, Gafparis, nobilis a Randeck, filiam. De patre ipfe *Pater Gafferi.* Nofter: (h) *Vir fuit hic chirurgus*

(g) Ipfe GASSERVS in *notitia de Vita fua* MSC. Codici Annal. Ammaniano præfixa.

gus industrius, miles strenuus, ac cordatus homo: nam & tribus suae Lindoiae tribunus non semel, ac totius patriae capitaneus, dum Caesar Maximilianus anno MDVIII. Rhomam pro corona petere instituisset, tandem etiam ejusdem Imperatoris chirurgus proprius domesticusque fuit. Confirmant haec quae singularia de eo in Annalibus (i) refert: *Statim,* ita Verba ejus se habent, *Vlrychus Gasserus Lindoiensis, patriae suae turmae,* 24. *nimirum peditum, (quos Caesar, quod singuli reipublicae Lindoiensis coloribus, nempe albo & viridi ex aequo divisis vestibus ornati forent, mox in corporis sui custodiam pro stipatoribus acquisivit) ductor, ac totius Germanici exercitus rerum capitalium praefectus, vulgo Scultetum vocant, claviumque portarum civitatis ejus custos, pater meus charissimus argilla ad valvas portae ejus* (Tridenti) *quae in Italiam ducit, Germanicum rythmum addito nomine scripsit, in hanc sententiam: Si Tridentum pro Roma est electum, est & iter meum Romam confectum. Quod factum multi proterviam, plerique famosum interpretati sunt. Ipse vero Imperator jamjam declaratus, post*

(h) *l. c.*

(i) *Ad ann.* 1508. conf. CRVSIVS *l. c.*

paucas boras illac obequitans, nullo nafo fed cum rifu legit, ac poft quatuor annos, cum ejusdem Imperatoris domefticus chirurgus jam dictus Gafferus prædicatione multorum effet factus, mox primo intuitu virum agnovit, & facetiam eam benigne recolens ipfum fibi, non folum, quod chirurgus expertus, fed & miles integer foret, femper commendatiffimum futurum, clementiffime promifit. Vitæ vero finem Vlricus fecit anno MDXVII. Cal. Nov. Lovanii, fepultusque ibidem in æde fumma ad altare S. Sebaftiani. Mater vero MDXXXV. ex pleurefi fatis conceffit Lindoiæ, His parentibus natus non potuit non bene educari, & inprimis mature bonarum literarum ftudiis applicari, quas primo apud fponforem facri lavaminis, Leonardum Bajerum Eslingenfem didicit (*k*), Priminii tum quoque nomen a Joanne Fabro, tum Vicario parochiæ Lindavienfis, tandem Epifcopo Viennenfi, in confirmatione nactus. Imbutus vero literarum elementis Anno MDXX. Seleftadium ad Joannem

Gafferi juvenilia ftudia.

Præceptores Leonardus Bajerus.

Jo. Sapidus.

(*k*) Vid. *Dedic. Epit. chronic. & biftor. mundi.*

nem Sapidum missus est, in cujus fidem, dexteritatem, eruditionis copiam, & in Scholasticam juventutem merita, hoc, cum fatis fungeretur epigramma Noster cecinit:

A. P. G. L. Præceptori.

Heu meus hic Sapidus cubat en jocique salesque
Defuncto hoc lugent, integritasque simul.
Durateo vel equo non tot prodiere duces, quot
Doctos ex ludo duxerit ille suo.
Immortali ergo lætetur nectare, quando
Et Christum & literas tam bene perdocuit. (l)

Anno vero MDXXII. in patriam re-

(l) Servat hoc epigramma cum aliis infra dandis thesaurus literarius, quem Sueviæ nostræ Singulare decus Perillustris Vir, RAYMVND. DE KRAFFT *Reip. Vlmensis Consul* gravissimus possidet, & quotidie magna cum nominis gloria auget, vid. Cl. SCHELHORNII *Amæn. liter. Tom. III. p.* 118. cui amicissimo viro hoc & alia nos debere grati profitemur.

Vrbanus Rhegius. vocatus fub D. Vrbano Rhegio rebus phyficis trimeftri tempore Argonæ (*m*) privatim operam dedit. *Lutherus & Melanchthon.* Eodem vero anno Wittenbergam ad communem Germaniæ Præceptorem Philippum Melanchthonem profectus, non tantum ad annum usque MDXXV. humaniores literas falutavit, fed & purioris doctrinæ elementa ex ipfo B. Lutheri ore hauriendi felicitatem nactus eft. *Gafferi amor in Lutherum.* Ex quo tempore tanto in eum ferebatur amore ac veneratione Gafferus, ut non tantum ipfum reformationis opus fuo loco ftrenue urgeret, ut poftea dicemus, fed ut teftimonium quoque, quanti Megalandrum noftrum faceret, ederet, filiolo Lutheri nomen inderet, *Lutherus filiolus Gafferi.* in cujus præmatura fata hoc epigramma (*n*) fcriptum eft:

Tu-

(*m*) Male ADAM. *l. c.* Argovæ.

(*n*) Et hoc ex Kraftiana bibliotheca eft. Ceterum ex fecundo difticho patet, tunc hunc filium ei fuiffe natum, cum bello Smalcaldico finito victor Cæfar Auguftam occuparet, regimen mutaret, interim cuderet & obtruderet, & purioris Ecclefiæ res fatis triftes & defperatæ effent, ut IPSE in *ann. ad ann.* 1546. *feq.* narrat. Obiit vero fpes hæc una parentis anno 1554. ut tabula Genealogica apud Cel. MENCKEN. in *præf. Scr. R. G.* docet.

Tumulus Lutheri Gasseri.

Non hic ille jacet magnus pietate Lutherus,
Qui Satanæ fregit somnia, regna, dolos.
Sed puer est, pater hoc nomen dedit, omnia quando
Jam desperatis tristitia rebus erant.
Si vixisset, erat decus & spes magna parentis:

\- - - - - -

Witteberga Viennam Pannoniæ profectus sub D. Simone Lazio Medicinæ studia absolvit, & Mathemata didicit. Anno demum MDXXVII. in Galliam commigravit, Montepessulano studiis invigilaturus, inde Avenionem; extremum, ut relatum est, ob minores sumtus Anno MDXXVIII. Avenione Doctoris insignia accepit. (*o*)

Simon Lazius

Avenione Doctoris insignia accepit.

Sss 5 §. III.

(*o*) Ita quidem ipse Gasserus, in *brevi vitæ suæ descriptione msc.* quam supra laudavimus. Errat itaque ADAM. qui *l. c.* Montepessulano cum Doctoris honore auctum esse scribit. In *Protocollo* tamen *Collegii Medici Augustani Tom. I.* Auriaci supremos Medicinæ honores nactus esse dicitur, conf. Cel. MEN-CKE

§. III.

Feldkirchæ rei Medicæ præficitur.

Confpicuus itaque pietate & eruditione in patriam reverfus, ibique medicinam feliciter faciens non potuit non mature publicis fanitatis confiliis adhiberi, quod factum, cum a vicinæ urbis Feldkirchæ fenatu vocaretur, ut ibi publicam fanitatis curam ageret, cui officio eum quoque fideliffime & feliciffime præfuiffe, literæ αὐτόγραφαι ejusdem Senatus ad Noftrum, hodie adhuc fuperftities loquuntur. (*p*) Cum vero & librorum & curationum felicitate inclarefceret, tandem circa annum

Auguftam Vind. venit.

MDXLVI. Auguftam Vindelicorum venit, ibique plurimos patronos nactus, & tum infignis eruditionis fama, tum rei medicæ peritia

CKE *l. c.* immo ipfe fchedulæ cuidam anno 1562. ita fubfcripfit: *Ex Aug. Sueviæ*, 24. *die Menf. Febr. anno Doctoratus mei* 34. *quem in Auraica univerfitate, ultima die Sept. promotore Dn. Nicolao de Villa Nova M. D. accepi*; Quæ ita conciliare licet, ut Avenione in principatu Auraico ifta contigiffe dicatur.

(*p*) Silent hanc Spartam, quam nactus erat Gafferus, Biographi; eam tamen Illum fubiiffe & in literis ad Noftrum datis innuit Senatus Feldkirchenfis, quas cum aliis pro integerrimæ amicitiæ jure communicavit nobifcum Cl. SCHELHORNIUS, & libellus *de pefte*

tia clarus, in poliatrorum numerum receptus est. Incidit ibi Gasserus in tempora, uti longe tristissima, multumque rerum Augustanarum faciem mutantia, ita rebus in ecclesia & republica gestis maxime notabilia, cum soluto fœdere Smalcaldico Imperator Carolus V. urbem Augustam occuparet, regiminis mutaret formam, interimque Augustanis injuncto multos purioris Ecclesiæ membris dolores excitaret, Ministros Ecclesiæ urbe & imperio cedere juberet, mox tamen a confœderatis cum Mauritio Saxoniæ Electore Principibus tribunitia potestas & Evangelicorum libertas restitueretur, cuncta vero ad optabiliorem & tranquilliorem statum per transactionem Passaviensem, & quæ eam secuta est, Pacem religiosam Augustæ factam reducerentur, quorum omnium testis αὐτόπτης & αὐτήκοος Gasserus amplissimam & fide dignissimam nobis reliquit notitiam in celebratissimis annalibus Augstburgensibus. Sed & rei medicæ peritiam ostendendi egregiam nactus est occasionem, cum Anno MDLXIII.

in poliatrorum numerum recipitur.

notabilia tum tempora.

pestis.

peste ibi conscriptus in *titulo* testatur, ut alia monumenta msc. taceamus.

MDLXIII. (*q*) dira lues multos homines Auguftæ confumeret, ibi enim ampliffimo ab illuftri Senatu conductus ftipendio centum in fingulos menfes aureorum, multos mortis faucibus eripuit; immo medicina quoque, quam ea fini compofuerat, quæque peftifero morbo tam valide reftiterat, nomine pulveris rubei Cæfaris Auguftanis, aliisque, qui pharmacopœam Auguftanam ducem fequuntur, diu in ufu fuit, donec ad breviora & magis chymica principia reducta arte,

Præficitur fanitati tempore peftis.

Pulvis rubeus Cæfareus.

(*q*) Ita ipfe Gafferus in *annal. Augftb. ad h. a. Quinto ejusdem menfis die, cum peftis, quæ fuperiori menf. Majo hic ingruerat, usque adeo invaluiffet, ut ea unica hac hebdomade ultra 700. mortales rapuerit, plurimique cives ob malum tam atrox alio fugitaffent, facta eft Senatorii ordinis ac forenfis judicii affefforum fequeftratio talismodi, ut femper dimidia eorundem pars uno, & altera medietas alio menfe domi præfto effet, atque in publicis confultationibus Duumviris, Confulibus ordinariis ac ipfi Prætori de more alternatim affiderent. Quod quo confidentius majorique fecuritate fieret, conduxit poftridie Duumvir Reblingerus, Senatus nomine, in folius Senatus ejusque fcribarum & privatorum miniftrorum, eorundemque uxorum & liberorum tum præfervationem, tum curationem, proprium medicum Achillem Pirminium Gafferum Lindavienfem, ultro illi in fingulos menfes 100. aureolorum oblato Stipendio.* Male itaque in *Protocollo Coll. Med.* exque eo in *præf.* ad *Scr. Rer. Germ.* hæc ad Annum 1568. referuntur.

arte, inter minus usualia referretur. (*r*) Eandem vero medendi felicitatem anno MDLXXII. expertum esse probabile est (*s*): sicque non fama tantum ita crevit, ut a regiis principibusque viris feminisque de sanitate tuenda & restituenda consuleretur, (*t*) sed & opibus auctus est admodum. Cum enim per integrum fere annum pingui satis, uti dictum, stipendio uteretur, amplissimas sibi ædes comparavit, in quas ita lusit: (*u*)

Felicitas medendi famaque Gasseri.

ædes Gasseri.

Pestis

(*r*) Vid. *Pharmacop. August. Cl. VIII. p. m.* 125.

(*s*) *Ibid.*

(*t*) Quod multæ testantur epistolæ αὐτόγραφαι, quas partim nobiscum communicavit dignissimus possessor Cl. Schelhornius: testatur vero id quoque DOMINIC. CVSTOS in *effig Cl. Vir.* in præf. qui eum vocat *Medicum certæ & peritæ felicitatis*, *ut inter alios a Joanne etiam Alberto illustrissimo Duce Megapolitano eodemque perliterato principe non unas eum literas plane familiares* (quarum & nos quasdam vidimus) *ut alios ejusdem ordinis & tum ecclesiasticæ tum profanæ conditionis principes prætereat accepisse ex fide digno homine acceperim.* Imagini vero ejusdem argumenti subscripti versus sunt:

Debueram Chiron dici, qui dicor Achilles,
Vix Chirone minor qui medica arte fui,
Non Lindoia modo hoc, non sola Augusta sciebat,
Innumeri hoc Reges atque sciere duces

vid. *T. I. Scr. Rer. Germ.*

(*u*) Et hi versus Bibliothecæ Kraffitianæ debentur.

Peftis atrox plures urbe hac dum tollit, en ædes
Has mihi conftruxit munere, Chrifte, tuo.

vel:

Quando alios urbe hac tollit, mihi dira domum fic
Ædificat peftis munere, Chrifte, tuo.

vel:

Multos dum jugulat peftis, medico mihi tecta
Talia conftruxit munere, Chrifte, tuo.

Conjugia Gafferi. Felix vero arte fua & re domeftica Gafferus, infelix fuit conjugio, quo infaufto junctus tandem fuit. Triplex enim matrimonium quidem iniit, maritus primum factus Catharinæ Werderiæ Feldkirchæ oriundæ, quæ eum filio Luthero & filia Anna, Macarii Rumleri poftea uxore, patrem fecerat (x); civis Augu-

(x) Vid. IPSE in *Annal. Augftb. ad Ann.* 1553. adeoque in *Protocollo Collegii Medici Aug. & ex eo* in *Præf. Scr. Rer. Germ.* minus recte duæ tantum uxores indicantur.

Auguſtanus connubio Annæ Mariæ Oenniæ, (quæ Hieronymi Tuecheri vidua erat) factus, tertia vero & diſcola uxor, Scholaſtica Byhleria, quam anno MDLII. altera anno MDL. defuncta duxit, ipſum ſatis turpiter deſeruit, quare illam non multo poſt repudiavit, vixitque in conſortio filiæ, Annæ, & generi Macarii (Rumleri) in ædibus retro Vlrychianis. (y)

§. IV.

Mores Gaſſeri.

Quod ad mores Noſtri attinet, virum candidum probumque, priſcæque omnino fidei, judicii acerrimi, experientiæ probatiſſimæ, veritatis ſtudioſiſſimum ubique agnoſcas: id quod poſtea, cum de annalibus ejus Augſtburgenſibus ſermo erit, latius probabimus. Certe nec noſtrorum nævos eum tacuiſſe, nec ipſum infelix, quo vexabatur, matrimonium ſilentio ſuppreſſiſſe, virum indicat ſacram veritatis legem omnibus aliis anteponentem. Quantæ vero fidei, quantæ dexteritatis, quantæ experientiæ vir fuerit, vel inde manifeſtum eſt, quod

(y) Ita ipſe ædes ſuas nominat in *dedicatione Annalium Augſtburg. ad Jo. Bapt. Hainzelium.*

Gafferus à Viris Principibus literis confultus. quod in rebus graviffimis non ad fanitatis rationem tantum pertinentibus, fed reipublicæ quoque Germanicæ & Ecclefiæ ftatum, tunc prorfus turbidum & miferandum concernentibus, a viris fummis, regibus, principibus, rebusque publicis confultus fuerit. (z) Cujus fpecimen edidit B. THEOPH. SPIZELIVS noftras, (*a*) qui literas fereniffimi Saxoniæ Electoris & conftantiffimi Evangelicæ *Jo. Friedr. El. Sax. epiftola ad Gafferum.* veritatis Confefforis JOANNIS FRIDERICI Magnanamini, Semeftre ante liberationem, Anno

(z) Illarum epiftolarum edendarum fpem fecit GEORG. HIERON. WELSCHIVS. Memorantur enim in ejus *epiftolis, Auguftanæ editioni Epiftolarum Ger. Jo. Voffii fubjectis, fol.* 22. *Epiftolæ Achillis Gafferi, in quibus literæ regum, principum, rerumpublicarum, doctorum virorum & medicorum de rebus phyficis, politicis, mathematicis & medicis* &c.

(a) Cujus titulus: *Fu'ftliche Heldenfchrifft, oder Abdruck eines hochbedencklichen brieffs, welchen vor* 113. *Jahren Johann Friderich der Grofsmuthige Churfürft zu Sachfen aus Innfpruck ohngefahr ein halb Jahr vor feiner Erledigung an D. Achillem Gaffer, Augfp. Medicum, gefchriben, und darinnen fich heroifch erklahrt, ehe mehr dann einen Tod, (wo es möglich wäre) zu leiden, als in denen Sachen, die Chriftliche Religion und Gottes Wort anlangende zu weichen und nachzugeben. Nun zum erften mal aus dem Original an den Tag gegeben und mit nothwendigen Anmerckungen verfehen von M. Gottlieb Spizeln, Augfpurg* 1665. 4.

Anno scilicet MDLII. die VI. Jan. ex captivitate Oeniponte ad Gasserum scriptas ex αὐτογράφῳ publici juris fecit, notisque illustravit, ex quibus videre est, plurimum pientissimum heroëm fidei, judicio, immo cognitioni quoque mathematicæ Gasseri tribuisse, dignumque eum judicasse, in cujus sinum animi de fatis suis sententiam deponeret. Neque id mirandum esse existimamus; cum fidem non principibus tantum viris, sed amicis quoque omnibus, & amicitiam probaverit prorsus illibatam. Inter quos cum agmen fere duxerit Conradus Gesnerus, Medicus Tigurinus, operæ pretium fecerit, qui loca Gasserum nostrum concernentia ex epistolis ejus medicinalibus (*b*) evolverit, ex quibus patet, Gesnerum non tantum judicio Gasseri scripta sua submisisse, sed & de rebus & familia ejus apud Helveticos, ut amicum decet, bene meruisse, immo alio loco (*c*) ad Occonem III. nostratem scribit: *In historia stirpium cupio honorifice de Gassero mentionem facere, propter plurima ejus in me beneficia.* Aluit vero cum celeberrimis viris

Conr. Gesnerus Gasseri amicus.

Amici Gasseri.

(*b*) Editis *Tigur.* 1577. 8. *a pag.* 22. *ad pag.* 44.
(*c*) *pag.* 73.

amicitiam, interque eos cum Auguftanæ urbis ornamentis Claudio Pio Peutingero, Xyfto Betulejo, Hieronymo Wolfio, Davide Hoefchelio; ex exteris vero cum plurimis, inprimis cum Matthia Flacio Illyrico, Matthæoque Judice & Wigando, Cyriaco Spangenbergio, quem quoque exulem ædibus fuis recepit, Sebaftiano Munftero, aliisque, ut ex dicendis conftabit. Paucis multa complexus eft, quod ad mores Noftri integerrimos attinet, GEORG. SIGHARDVS, Pharmacopola

Elogium Gafferi. Auguftanus, qui *Gafferianæ effigiei* hoc lemma fubfcripfit: *Georgius Sighardus, Pharmacopola Auguftanus, Achilli Pyrminio Gaffero, Lindavienfi, Auguftanæ Reipublicæ Archiatro, viro experientia, doctrina, morum candore, pietate, hofpitalitate, & in exules religionis ergo, bonarumque artium ftudiofos amore, & in* ὁμοτέχνους *benevolentia nemini fecundo, compatri feu potius parenti fuo ob infignia in fe collata beneficia, ad perpetuam memoriam hanc effigiem F. C. &c.*

§. V.

Religio & pietas Gafferi. Religionem & pietatem Noftri fi fpectemus, non devotum tantum & fincerum Dei cultorem, cui

cui pietas ars ſumma erat, deprehendimus, ſed religionis quoque purioris & emendatæ veritatis Chriſtianæ, quæ ejus potiſſimum ætate ex tenebris regni Pontificii iterum emerſit, aſſertorem & propugnatorem ſtrenuum. B. Lutherum enim ipſum audiviſſe, tantaque ejus veneratione & amore flagraſſe, ut deſideratiſſimo nomine filiolum appellari juberet, ſupra jam obſervavimus. Addimus his, ipſum in patria Lindoia ad corrigendam doctrinam, emendandam Eccleſiam & introducendam Evangelii puritatem, quam partim ab Vrbano Regio juvenis, partim apud Saxones hærens hauſerat, multum contuliſſe. Id quod ipſe innuit in literis ad Senatum Lindavienſem, pauco ante obitum tempore miſſis, ubi inter alia: (d) *ſe inter*

Patriæ religionem reformat.

(d) *Aber nachdem ich, liebe Herren, jez ob etlich und funfzig Jar her, allweg in brauch gehabt, nachdem ich der erſten einer geweſen, ſo das Evangelium Chriſti von Sancto Luthero wider aller Menſchen Leer und Sazungen, widerum an Tag gebracht, zu Lindau in meinem lieben Vaterland bekant, und unter die Burger offenbar gemacht, und furnemlich, wiewohl noch jung, den Leſsmaiſter zu Barfuſſen, Herrn Michael Hugen, bekert, und von den Sermocimiſten in das new Teſtament gefiert hab, allweg hernach im Brauch gehalten, allerley*

inter primos fuiſſe, ſcribit, *qui Evangelium ab humanis traditionibus per B. Lutherum vindicatum in patria non confeſſus tantum fuerit, ſed & manifeſtum cognitumque fecerit, & juvenis adhuc Minoritarum Lectorem Michaëlem Hugenium a Sermociniſtis ad Evangelium perductum converterit, piisque hominibus varios Lutheri & ſociorum libellos transmiſerit; nec Feldkirchæ quoque inter medios Pontificios id omiſiſſe, nuperque biblia Polyglotta Antwerpienſia Bibliothecæ publicæ dono dediſſe.* Eundem pro puriore doctrina propaganda fervorem oſtendit, quod & ipſe Flacium, Wigandum & Judicem, notiſſimos Centuriarum Magdeburgenſium compilatores, egregie juverit, & patronos illis aquiſiverit inter ditiores Auguſtanos beneficentiſſimos, qui ad egregium opus promovendum non exiguam auri ſummam contulerunt, ut ipſe Gaſſerus refert,

Centurias Magdeb. conſilio & re juvat.

ley Lutheriſche Tractate und bucher guten Freunden, darunter erlich und furneme leuth, auch rathsperſonen geweſen, dehin zu ſchiken, ſo gar daſs ichs auch von Feldkyrch hernach aus dem Bapſtum nit unter wegen gelaſſen, und mit undanck und ohne beſſerung (wiewol man domahlen bey euch zwingliſch) nie abgangen, biſs auch vor dreyen Jaren die herrlich ſchöne Antorffer bybel mit den vier hauptſprachen in ewer bibliothecam geſchenckt, &c.

refert, (e) & viri doctiſſimi in *octavi Tomi initio*, quem Gaſſeriano inſcripſerunt nomini, grati profeſſi ſunt. Inter quos unum atque alterum ex illuſtri Stettenorum gente, Hainzelios item atque Behamum fuiſſe, ex literis partim ἀυτογράφοις in Bibliotheca Julia extantibus, (f) partim ex ipſa inſcriptione auctorum in transmiſſa libri exempla, quæ noſtris oculis uſurpavimus, nobis innotuit. Et haec quoque ſine dubio cauſa fuit, cur Flacii partes ſecutus fuerit; cum iis de peccato originali a communi Eccleſiæ noſtræ ſententia diſcederet, eamque eſſentiam ipſam hominis irregeniti eſſe aſſereret, multæque inde ut in omni Eccleſia noſtra, ita in Suevia quoque & ipſa Auguſta urbe turbæ atque motus orirentur. Nam non ipſam tantum hypotheſin tenuit mordicitus, verum etiam Flacii & ſequacium libellos ubique ſparſit; quod cum Jacobi Andreæ potiſ-

Flacii partes ſequitur.

Ttt 3 ſimum

(e) In *Annal. Augſburg. ad Ann.* 1564. p. 1906. Ed. Menk.

(f) Quarum ἀπόγραφοι olim nobiſcum communicavit doctiſſimus Centuriarum continuator D. SIMON JOANNES ARNOLDVS, præmaturo fato tam nobili inſtituto ereptus.

In Formul. Concord. iniquior, fimum conatibus & Formulæ Concordiæ Commendatione impediretur, & Auguftanæ quoque Ecclefiæ proceres & Miniftri novæ formulæ fubfcriberent & adhærerent, non potuit non Gafferi animo multam creare moleftiam, quam fubinde in Annalibus Augftburgenfibus (g) prodere, de ipfa formula Concordiæ iniquius judicare, & de Flaciomagiftis conqueri non ceffavit. *& in adverfarios Flacii.* Et huc illud quoque referendum eft Epigramma, quod ad *D. Henr. Farbyllerum* paucis ante obitum diebus fcripfit:

Qua meruit culpa fieri tibi vilis Achilles?
Farbyllere, bonus qui antea amicus erat.
Landzmannus fimul ac Schvvagerus atque Gevatter
Extiterat, dic cur difplicet ille modo?
Offenfus nullam poteris prætexere caufam
Ni quod Sophiftis præferat Illyricum.

Lindavienfes motus inde orti. Præcipue vero gravis hac de re interceffit controverfia inter Gafferum & Senatum Lindavienfem. Cum enim in ifta urbe Miniftri Ecclefiæ qui-

(g) Vid. *ad Ann.* 1569. 1570.

quidam (*b*) Flacii partes sequerentur, illique Senatus licet nomine moniti, istam thesin in publicis ad populum concionibus propugnare non cessarent, immo publico scripto & confessione defenderent, non potuere non multæ inde oriri turbæ, parumque a seditione res abfuit. Cui rei ut obviam iret Senatus, non colloquium (*i*) tantum a Jacobo Andreæ cum his viris haberi curavit, sed & celebriorum Theologorum de iis sententiam exploravit, multaque cum eis egit, sed frustra: tanta enim pertinacia sententiæ adhæserunt, ut urbe & officio cedere, quam de hac controversia silere mallent. Gravia hæc Gassero nostro, qui ita Evangelicam puritatem & sentiendi libertatem supprimi & Pelagianismo portam apperiri credebat: quare suo more libellos Flacii & sequacium, inprimis Cyriaci Spangenbergii, qui tunc exul

Colloquium Lindaviense.

(*b*) Tobias Rupius & Sebaldus Schefflerus.

(*i*) Quod totum cum actis & responsis theologorum, qui Argentorati, Tubingæ, Stutgardiæ, Memmingæ, Vlmæ consulti fuerant, typis editum est Senatus jussu. Vide etiam OSIANDR. *Cent. XVI. l. III. c.* 74. *p.* 853. G. ARNOLD. *Kirchen und Kezer Historie P. II. l. XV. c.* 17. §. 19. *p.* 203. *seq.* qui tamen, num à partium favore alienam hic attulerit narrationem, merito inquirendum.

Gafferus Flacii libellos fubmittit, exul Auguftæ in ædibus Noftri hærebat, in patriam mittendo, dimiffosque Miniftros fovendo, rem aliquantum reftituere conabatur. Quod cum comperiffet Senatus Lindavienfis, multum indignari Gaffero, libros *reprehenditur ideo a Senatu,* fifco addicere, literasque ad eum dare indignationis & querimoniarum plenas, quibus, ut hifce negotiis fe non immifceat, poftulat. Ad eas vero Nofter non fine bile refpondit; *cui acriter refpondet.* „ ingratum & impium Senatum „ Lindavienfem prodere animum, qui ipfum de ecclefia & republica Lindavienfi tot nominibus bene „ meritum tam male habeat. Dolere fe „ ecclefiæ patriæ vices, quæ a puriori „ ecclefiæ doctrina feceffum faciendo „ meritos & orthodoxos Miniftros impio „ plane aufu in exilium egerit, & philo„ fophicis inductionibus cœcæ potius ra„ tionis, quam fidei Evangelicæ obfe„ quium admiferit, rixis & contentionibus „ & fophiftica difputandi methodo veri„ tati Scripturæ S. officiendo. Multum „ præterea fectam Accidentiftarum de„ teftatur, & quod libellos fine typogra„ phi locique mentione impreffos fparfe-

rit, „

rit, ita defendit, ut contendat, non li-„ bellos famosos, sed pia Schediasmata,„ Aug. confessioni consonantia ad susti-„ nendam bonam causam data opera se,„ misisse, nec tale quippiam unquam,„ cogitasse, nec quoque pati se velle, ut,„ vel quid, vel ad quem mittat sua, ipsi in-„ terdicatur, cum de fidei & doctrinæ ar„ gumentis libera debeat esse cuilibet,„ Christiano sententia. Non poterant non„ senatui Lindaviensi stomachum,„ & indignationem movere hæ li-„ teræ, ad quas non minus serio„ respondit: Non expectasse se ejusmodi„ objectiones a cive; mittere se ideo acto-„ rum exemplar, ut veritatem rei gestæ in-„ de discat, habere se totius Ecclesiæ Ev-„ angelicæ consensum & orthodoxiæ te-„ stimonium, nec passurum se, ut contra„ Imperii ordinationes & recessus clan-„ destina & furtiva in urbe sua scripta,„ spargantur. Postulare itaque sese iterata„ vice, ut a mittendis ejusmodi libellis ab-„ stineat, nec ecclesiam suam errore reje-„ cto & damnato turbet amplius. Et li-„ cet propter illatam ab eo injuriam apud„ supremos judices actio in eum esset li-„ cita, spe tamen moderationis, mode-„

iterum animadvertente Senatu

„ftiæ & reverentiæ exhibendæ fe illius „effe obliturum, &c.

non tamen filente Gaffero. Refpondit iterum ad hæc Gaffe-rus: „Nunquam fe male in Rem-„publicam agendo ejusmodi a-„nimadverfionis notam meruiffe, verum „emolumenti potius publici, quantum „in fe virium fuerit, curam egiffe fidiffi-„mam: libellos miffos publice vendi & „diftrahi, nec, quod typographus nomen „fuum non adjecerit, fibi fraudi effe pof-„fe, eosque quorundam tantum invidia „fupprimi, fufficere præfixum Auctoris „nomen Lutheri difcipuli & de ecclefia „Chrifti præclare meriti. Mittere fe vero „ad meliorem animorum informatio-„nem triginta rationes, cur dimiffi V. D. „Miniftri damnandi non fint, una cum „typis expreffo monitorio &c. exemplo „Zwinglianifmi olim inter Lindavienfes „ferpentis cautos effe debere, quam fa-„cile heterodoxia imponat, colloquio „vero & aptos colloquentes & idoneas „judices defuiffe. Permittere fe famæ „fuæ infidiatores divinæ juftitiæ &c. (*k*) Tacito interim, dum hæc gerebantur, pe-de

(*k*) Hæc ex ipfis αὐτογράφοις, quæ in manibus Cl. Schelhornii funt, expreffimus.

de adproperabat mors, vix enim annus effluxerat, cum febri ardenti correptus, & melancholia insuper, forte ob narratas lites, oborta vel aucta, vexatus, Anno MDLXXVII. Prid. Non. Decembr. vitæ finem faceret, postquam annos LXXII. Mensesque duos vivendo complevisset, sepultusque est in cœmeterio suburbano, hoc monumento posito: (*l*)

Mors Gasseri.

Epitaphium.

MONVMENTVM ACHILLIS PIRMINII GASSERI, LINDAVIENSIS, MEDICINARVM DOCTORIS, QVI CVM LXXII. ANNOS COMPLETE VIXISSET, IN CHRISTO OBDORMIENS AVGSTBVRGI HOC LOCO SEPVLTVS EST, ANNO SALVT. MDLXXVII. D. IV. M. DECEMBRIS, SVISQVE COMMVNE ESSE VVLT.

§. VI.

Ceterum quanta eruditionis fama se conspicuum Gasserus fecerit, eruditorum pariter, quibus eum mactarunt, loquuntur encomia, &

Fama eruditionis Gasserianæ.

(*l*) Apud ADAMI *l. c.* & DAN. PRASCH. in *Epitaph. Aug.* P. I. *p.* 213.

& doctissimi fœtus, quibus orbem literarium auxit, satis produnt. Quod ad illa attinet, agmen inter τοὺς ἐγκωμιαστὰς Nostri ducit HIERONYMVS WOLFIVS, tum quidem temporis facile inter eruditos princeps, inter primos certe numerandus, qui, cum ejus nomini suum *in Somnium Scipionis commentarium* inscriberet, egregium de eruditione Gasseriana reliquit testimonium. Ita enim accuratissimus eruditionis judex & vindex: *Offero tibi, Vir Clarissime, Domine & amice colende, munusculum, haud scio, quod Te dignum, ac scio potius, te longe majore & meliore dignum: sive excellens tuum ingenium, & exquisita in omni disciplinarum genere eruditio, sive tua dignitas in me, & merita quam plurima, spectantur. Quod si opus aliquod donandum tibi sit, cujus lectione vel delecteris vel erudiaris, ex quo tandem, non dico, ingenio, sed ex qua bibliotheca id depromeretur? Neque enim indolis tuæ alacritas & amplitudo intra unius artis medicæ limites subsistit, quibusvis doctissimis patentes, sed omnem philosophiam & mathesin non obiter pervagata est, & in iis versata, ut, quas artes nos singulas vix degustamus, in iis tu excellas universis. Quid de historiarum cognitione*

Hieron. Wolfii laus Gasseri.

tione dicam? quas omnes (quæ quidem notæ homini Germano esse possunt) sic in promptu habes, ut merito nostræ ætatis Polyhistor sis appellandus. Neque hæc per assentationem a me dici, sed longe minus, quam veritas postulat, exponi, tuæ lucubrationes & olim & nuper editæ testantur, & magis etiam confirmabunt ea, quæ certo consilio diutius & accuratius elimanda esse judicasti, &c. Alia Xysti Betuleji & Cyriaci Spangenbergii infra adducemus. His adde CRVSIVM, ADAMI, ZEILERVM, (*m*) JO. LANGIVM (*n*) aliosque. Multo certiores vero eruditionis Gasserianæ testes sunt libri, ab eo editi, qui cum partim medica, partim mathematica, partim philologica, partim historica contineant, eos paucis enarrabimus. Sunt vero *Alia de Gassero judicia.* *Scripta Gasseri.*

¶. Medici: 1. *Einfältiger und gegründeter bericht, vvie mænniglich sich in pestilenzischen ubergang mit Arznyen und anderer lybsnot halten, bevvaren, und genören soll,* *Medica.*

(*m*) *De Histor. Chronol. & Geogr. celebr.* P. II. p. 62.
(*n*) In *Epist. Medic. l.* 2. *ep.* 93. Gesnerianæ laudes supra adductæ sunt: librorum fuisse helluonem, addit ADAMI *l. c.* quem vide.

foll, durch Achillem P. Gafferum, L. Natürl. Künften und beyder Arznyen Doctorn zu Veldkirch, gemacht. Nurmberg, truckts Joh. Petrejus, 1554. 4. (*o*)

2. *Aphorifmorum Hippocratis methodus nova. Sangal.* 1584. 4. (*p*)

3. *Epigrammata ad Diofcor. Euporiftam Nonnum Medicum & Curat. Cent. Rulandi cum ipfis auctoribus.* †

4. *Confutatio propofitionum Sarmaticarum Medicarum Alex. a Suchten opera Lucæ Stenglini.* *

5. *Curationes & obfervationes Medicinales*, editæ cum aliis a P. HIERON. WELSHIO in *Sylloge Curat. & Obfervat. Medicin.* (*q*)

6. *Collectanea practica* extant in WELSCHII *Centur. Confil. Medic. Exot. curat.*

7. *Epiftola Medica ad Conr. Gefnerum* (*r*)

8. *Hiftoria de geftatione fœtus mortui*; in *R. Dodonæi Obferv. Medicis.*

II. Ma.

(*o*) Vid. EL. EHINGERI *Cat. Bibl. Aug p.* 392.

(*p*) ADAMI *l. c.* JO. GEORG. SCHENCK. *Bibl. Med. p.* 6.

† *Ibid.*

* *Ibid.*

(*q*) Vid. Ill. Luc. SCHROECK. in *Memor. Welfch. p.* 47.

(*r*) Vid. GESNERI *Epp. Medic. p.* 43.

II. Mathematici argumenti sunt: *Mathematica.*

1. *Prognosticon astrologicum in annum* 1544. 4. hoc cum amico suo Casp. Heldelino mitteret, sequens adjecit distichon:

Tu mihi præteritis de rebus carmina mittis,
Ast ego futura hæc nunc tibi mitto nova.

2. *Sciaterion pedarium.* (s)

III. Philologiam spectant

Ottfridi Evangelia Gothica, quæ primus descripsit, & Lexicon vocum veterum & intellectu difficilium addidit, atque Conrado Gesnero, ut typographum iis quæreret, transmisit, qui quoque multus est in ejus industria & labore extollendo. (t) Typographo vero non invento, amico intimo Matth. Flacio Illyrico tradidit, qui ea tandem typis vulgavit: unde multam Noster hoc nomine laudem quoque reportavit, videndam apud J. G. ECCARDVM (u) DIET.

Philologica.

Studium Gasseri in Ling. Germ.

(s) ADAMI *l. c.*
(t) *Ep. Medic. p.* 28.
(u) *Hist. Stud. Etymol. c. IX. p.* 86.

DIET. VON STADE (*x*) & JO. FRICKIVM (*y*) Viros celeberrimos, quibus addenda ACTA ERVD. LIPSIENSIA (*z*).

Hiftorica. IV. Hiftoriam tangunt:

1. *Catalogus Regum omnium, quorum fub Chriftiana profeffione per Europam adhuc regna florent*, *Aug. Vind.* 1554. (*a*)

2. *Catalogus regum Hierofolymitanorum.* (*b*)

3. *Hiftoriarum & Chronicorum Mundi epitome, velut index Bafil.* 1535. 8. *excufa & indice alphabetico aucta.* Tertia vice hanc epitomen Gafferum edidiffe obfervavit jam ADAMI (*c*), & alteram editionem *Bafileæ* quoque 1532. 8. per eundem typographum excufam fervat bibliotheca Auguftana (*d*). In ultimæ editionis dedicatione ad Leonardum Bajerum Præceptorem fuum, Lindavii 1534. Calend. Octobr. fcripta, *fe*

(*x*) In *Specim lect. Franc. p.* 38.

(*y*) In *præf. generali thefauro Schilteriano antiqq. Teuton. præmiffa f.* 10.

(*z*) *Ann.* 1727. *pag.* 146.

(*a*) Vid. *Catal. Bibl. Aug. p.* 547.

(*b*) ADAMI *l. c.*

(*c*) *l c.*

(*d*) Vid. *Catal. Bibl. Aug. l. c.*

se propterea, ait, *novam hanc eamque emendatiorem curasse editionem, ne diutius imprudens juventus prioris libelluli erroribus impedita (nam hic creberrime detestanda librarii culpa & debito numerorum in ordine peccat, & pueriliter solœcizat) a recto temporum cursu deviaret*. Extenditur vero altera editio ad annum 1531. tertia ad annum 1534. inclusive. Inde componi facile inter se dissentientes auctores possunt, qui in anno hoc, quem laboris sui terminum Gasserus fecit, variant. CASP. SAGITTARIVS enim (*e*) ad annum 1520. Cl. CHR. WENDLERVS (*f*) annum 1530. ponit. Ex dictis vero manifestum, Gasserum in singulis editionibus continuationem adjecisse, & vidit forte primam editionem Sagittarius, licet vix credendum, anno 1520. quo Gasserus decimum quintum ætatis annum nondum superaverat, eum jam composuisse.

§. VII.

Omnium tamen scriptorum suorum lau-

(*e*) In *Introd. in Hist. Eccl. p.* 122.
(*f*) In *Diss. II. de merit. Reip. Aug. in rem liter. c. III. §.* 1. *p.* 60.

Annales Augftburgenfes Gafferi. laudem fuperavit Gafferus conditis *annalibus*, quos vocat, *Augftburgenfibus*, qui cum non olim tantum, cum in mfc. laterent, multum prædicarentur, fed & nuperrime illuftri MENCKENIO digni viderentur, quos egregiæ, quam nobis dedit, *fcriptorum rerum Germanicarum* collectioni infereret; pluribus de eorum origine, hiftoria & fide differendum effe exiftimamus. Ipfe vero libri egregii hiftoriam narrat auctor in *Dedicatione ad ampliffimum Senatum Augftburgenfem*, quam fubjectam vide *nuperæ editioni Lipfienfi*. Occafionem fcilicet dedit laudatiffimo operi *Sebaftianus Munfterus*, qui cum *operi* fuo *Cosmographico* accurate perficiendo infudaret, inque hunc finem varia loca inviferet, Bafilea quoque Auguftam venit, de hac urbe notitiam congefturus. Cum vero nihil ibi fubfidii inveniffet, facile tamen a Gaffero noftro, qui ei in defcribendis, Lindoia, Feldkirchio & Curia Rhetiæ jam fidelem navaverat operam, impetravit, ut de nobiliffima hac Rhetorum urbe, quantum tum ipfe quidem præfto erat, cum eo communicaret. Quem in finem quæ-

Occafio operis.

Gafferus S. Munfterum in Op. Cofmographico adjuvat.

quædam etiam Noſtro ex divite eruditionis & ampliſſimæ rei patriæ cognitionis penu tradidit Auguſtanorum tum ornamentum *Claudius Pius Peutingerus*. Hæc cum & pauca, & non niſi eccleſiaſtica eſſent, amicorum potiſſimum hortatu ad amplificandam & pertexendam, quam inceperat, rudem telam, ſe accinxit, & ubique conquiſitis per amicos auxiliis, plurimisque congeſtis tabulis, chronicis & chartis vetuſtiſſimis, operi manum admovit. Qua in re præter Clementem Venatorium, *Joannes* potiſſimum *Baptiſta Hainzelius* (g) maxime eum adjuvit, qui non ſolum ad audendum grave opus auctor & hortator ei extitit, *ſed & innumeros*, (ipſa Gaſſeri verba ſunt) (h) *de hominum Auguſtanorum rebus geſtis libros, nec non quorumcunque civium privata & domeſtica chronica, vetuſtasque tabulas undique eruit, Gaſſeroque ad uſus ſuos ad nau-*

Claudius Pius Peutingerus quædam ſubminiſtrat.

Jo. Bapt. Hainzelius operis patronus.

fontes adbibiti.

(g) Qui anno 1553. in Senatorium ordinem cooptatus, ab anno 1558. ad 1567. Conſulatui reique tributariæ præfuit, ab anno 1567. vero ad annum 1581. qui emortualis ei fuit, Secretiori Senatus Collegio adſcriptus erat.

(h) In *Dedic. ad Hainzel.* infra danda.

naufeam usque tradidit. Quos quidem, quibus ufus eft, fontes Gafferus, uti quidem optandum, non nominavit, veritati tamen eum litaffe, nihilque, quod non in traditis invenerat, monumentis fcripfiffe, poftea prolixius dicemus. Ita quidem alteram telam abfolvens, operis patrono & ἐργοδιώκτῃ, Hainzelio obtulit (*i*). Læto is animo opus excepit, & ad amicos quoque ita de eo retulit, (*k*) ut quanti labores Gafferianos faceret, illis facile conftaret; fimul, ut nova ei quotidie pararet auxilia, follicitus. Cum vero quotidie nova accederent monumenta, & Hainzelius inprimis calcar adderet, ut laborem perpoliret, tertiam operi manum Gafferus admovit, & emendatis, quæ & ipfe & amici animadverterant, erroribus, additis multis & auctis, nitidiore habitu & pleniore forma iterum

Abfolutum opus Hainzelio dedicatum.

Opus emendatur & augetur.

(*i*) *Ibid.*

(*k*) Vid. MARC. WAGNER. *de regno Thuring.* qui literas Hainzelii exhibet, ex quibus potiora repetiit Cel. MENCKEN. *l. c.*

rum composuit, & Hainzelio secunda vice dedicatione nova, quam infra (*l*) damus obtulit, *iterumque Hainzelio inscribitur.*

Uuu 3 quod

(*l*) Ea sic se habet:

Nobili atque amplissimo Viro Dn. Joh. Bapt. Hainzelio, Vrbis Silentiario perquam prudenti, Dno. & amico suo colendo

Achilles P. G. L. *Med.* D.

S.

Vt mendici pera juxta antiquum proverbium nunquam impletur, ita Annales mei de civitate Augstburgensi nunquam, uti vellem, absolventur. Nam ut de vetustissimis antiquitatibus (quas inveniri impossibile duco) taceam, vix quæ intra CD. annos hic gesta sunt, integre ac probe haberi possunt, ad quæ ex diversis codicibus colligenda & ex dispersis majorum annotationibus sub unum aspectum rite componenda cum Tua præstantia plurimos, & tantum non linteos mihi subinde & ad nauseam usque communicaverit libros, tandem omnis labor diligentiaque in hunc nostrum excrevit librum. Quem si quis ex verborum ornatu dictionisque elegantia potius, quam rerum gestarum tum ordine tum certitudine æstimare voluerit, per me sane facile poterit contemnere, nam ego laudem eam hinc nullus venor, ac veritatis semper simplex debet esse oratio. Confido tamen, non imprudentem Lectorem & historiarum amatorem non parum multa vel ad usum quotidianum utiliter applicanda, vel ad præsentis seculi cursum dijudicandum, id quod inter præcipua historicæ lectionis commoda primum locum obtinere judico, in ipso inventurum non sine delectatione aliqua. Cui libro cum supremam nunc manum addiderim, volui gratitudinis ergo exemplari hoc te donare, ea lege, ut prius transsumtum discerpas, aut Vulcano tradas, præsens vero, quod longe correctius iis, multoque altero Tuo

auctius

quod quoque munus literarium & ampliffima gratiarum actione (*m*), & poculi argentei munere fibi acceptiffimum effe, teftatum fecit, & ut reliqua quoque per otium adjiciat, & Senatui Auguftano infcribat, auctor fuit. Non fuo vero tantum judicio confifus fuerat Gafferus, fed ut erat rerum fuarum accuratiffimus, ita non mutaverat tantum prius plurima, fuppleverat, emendaverat, (*n*) fed & amicis fuis, quos eru-

qui liberaliter id excipit.

Confulti de eo viri doctiffimi.

---

auctius eft, non nifi candidis vel exfcribendum vel legendum concredas. Plus enim video mihi invidiæ, quam emolumenti aut obfequii, fperandum, fi omnino evulgatus, aut minus candidis, præfertim morofis Papiftis, exhibitus fuerit. Tu igitur boni confule, & ex arcanis reipublicæ confiliariis cum fis, annales hofce civitatis fecreto afservato. Bene vale. XX. Mart. A. S. MDLXXI. ex ædibus noftris poft Vlrichianis.]

(*m*) Literas has euchariſticas Hainzelii exhibet editio Menckeniana, in fine annalium.

(*n*) Hæc ipfa experientia edocti fcribimus, quibus primum Gafferi domefticumque exemplar Annalium, quod Auguftæ in Bibliotheca Benedictinorum ad D. Vlrici afservatur, vidiffe contigit, ubi lituræ plurimæ, emendationes & fupplementa accurato viro omnino digna, confpiciuntur. Qui Codex, cum omnium primus maximeque originalis Gafferi fit, dignus eft, qui hic paucis defcribatur. Habet hunc a manu peregrina adfcriptum titulum: *Annales Auguftani,*

eruditione & historiarum cognitione
Uuu 4 scie-

gustani, quos Achilles Pirminius Gasser Lindaviensis, Medicinæ Doctor & Physicus Augustanus celebris conscripsit. Sequuntur parentes & ætatis anni indicati. His suffixa schedula ipsa Gasseri manu conscripta, quæ hæc ex N. Gerbelii Græcia excerpta exhibet: *Si qui me rudius impolitiusque scripsisse dicent, quam operis hujus dignitas postulaverit; illis respondebo, me non certandi cum eloquentibus studio, sed juvandarum posteritatum gratia laborem hunc suscepisse. Quod si severiores illi Momi me dormitasse nonnunquam, aut a scopo aberrasse, clamaverint, hos uno diluam verbo, me hominem esse, neque apud majores nostros ullos tam accurate tamque circumspecte scripsisse, qui non dormitasse, aut errasse, nasutioribus visi sunt.* Sequuntur ista Indices Imperatorum, Electorum; Comitiorum & Conventiculorum; Regum variorum, Præfectorum, Præsidum, Ducum & Prætorum; Ducum & Principum; Advocatorum & Præfectorum Augstburgensium, Paparum & Sanctorum, exterorumque Antistitum, Paparum Romanorum, Conciliorum & Synodorum; Episcoporum Augustanorum; Exterorum Antistitum; Abbatum, Præpositorum, & Monachorum Præfectorum; Monasteriorum & Cœnobiorum; Præpositorum Majoris ædis Augustæ, Decanorum templi cathedralis Aug. Abbatum S. Vlrici Augustæ, Præpositorum Aug. ad S. Crucis & S. Georgii; Abbatissarum Stephaninæ ædis, & Præpositorum ad S. Mauritii.

Textus ipse foliis constat 724. ex quibus 638. ab ipso Gassero, reliqua ab alia longe diversa scripta sunt manu, & lituris, additamentis, correctionibus, plurimam partem ab ipso Gassero scriptis turgent, quædam enim ab aliis quoque addita esse, ex iis, quæ de Wolfio & Spangenbergio dicemus, manifestum est.

fciebat effe excellentes, tradiderat, eorumque, fententiam & emendationes rogaverat. Inter quos *Hieronymus* inprimis *Wolfius* fuit, qui annotationes fuas cum eo communicavit, quibus deinceps *David Hœfchelius* quædam addidit. (*o*) Tradiderat

Hier. Wolfii cenfura.

eft. In codice quoque Gothano ejusmodi interdum emendationes occurrere refert Cel. MENCKENIVS *l. c.*

(*o*) Has a nemine hactenus obfervatas in modo dicto codice Benedictino reperimus; una tantum plagula octies complicata extantes hoc titulo, manu Wolfii confcriptas:

MOMVS LVPINVS (animadverfiones H. Wolfii) *ANNALIVM AVGSTBVRGENSIVM AEACIDAE PLATEANI PHILIRONAPAEI ASCLEPIADAE* (Achillis Gafferi Lindavienfis, Medici.)

(*Votantur obfcura & dubia.*

Vt vero, qualis hæc cenfura fit, conftet, en fpecimen: *Augftburgum*) *infolens apellatio multos offendet.* Dedit vero auctor rationem appellationis initio operis, quod putaret Auguftam Veterum Vindelicorum longius diffitam ab Augftburgo differre.

Græca, nifi cogat neceffitas, inferi nolim.

Periodus obfcurior, ob prolixitatem, quales paffim in hoc fcripto propter prolixas parenthefes occurrunt.

Velim nomina Germanica etiam Latine explicari, neque enim Germanis tantum fcribis hiftoriam. Buggelinum puto effe gibbofum, das büggelin. In hoc genere Lingua Græca Germanicæ fuffragatur. Luther eft λαοκρατης, *Volckart* Δημοσθενης, *& alia infinita. Extat hac*

rat quoque opus ſuum Xyſto Betulejo, qui & humaniſſime ad eum ſcripſit, (*p*) & carmine quoque Phaleucio ejus Muſas admo- *Xyſti Betuleji elogium annalium.*

Uuu 5

bac de re Lutberi libellus, & Althamerus babet non pauca.

Pfaffos) ſacerdotes.

Ottenbura) fontes Ottonis; Ottenpurum pagus prope Wilam appellatur.

De Avaribus & aliis populis minus notis aliquid dici velim.

Damaſia) ubi terrarum?

Deteſtanda inertia) τραγικώτερον, *ſie habens nit baſt gewuſt, fortaſſis & nos aliquando fallimur.*

Caſaream Lutbram) putavi non in Saxonia, ſed ad Rbenum eſſe.

Silentiarii) utrum: die gebeimen. Hœſchel. *in Autogr. lgr. arcani conſilii conſcii.*

Olyra) quæritur: quomodo Germanice. Hœſch. *Rocken.*

Rensmarum) nomina addi Germanica velim, nam alioquin alius aliud, alius nibil intelliget.

Et hujus commatis, immo minoris, ſunt annotationes reliquæ, pleræque dictionis nitorem, puritatem & perſpicuitatem concernentes.

(*p*) Cujus epiſtolæ & carminis, nondum, quantum ſciam editi, exemplum hoc eſt:

Xyſtus Betulejus A. P. G. L.

In biſtoria Augſtburgica video fruſtra multos viros bonos tantos inſumſiſſe labores: nam vix ea ſunt expreſſa, quæ auribus mercatorum placent: facies igitur ejus aliquando mibi deſcribendæ copiam, ut aliquo modo ſpargatur, & ad poſteros facilius transmittatur. Vale.

Cla-

Cyriaci Spangenbergii judicium. admodum celebravit. Quod & Cyriacus Spangenbergius hofpes tum apud Noftrum fecerat

Clariffimo A. P. Gaffero L. Medico X. Betuleji Auguftani, Phaleucium.

Grates ergo tibi benigniores
Debemus merito, Patrone chare,
Grates tu meritus profufiores,
Non de me mage cui faves amanter,
Quam de municipum na in univerfum.

Debemus Tibi pro Tuo labore
Quantum Rhoma fuo gravi Catoni
Debebat merito, quod ipfe primus
Vrbis fcripfit origines vetuftas
Vrbis principium vetuftioris.

Debemus Tibi, Compater fidelis,
Quod gens Aufoniam colens vetuftam,
Hignio celebri probeque docto,
Vrbes qui Latias ftilo benigno
Fertur commemoraffe laude multa.

Hoc Augufta Tibi Tuisque fanctis
Debebit ftudiis, vel ampliora,
Qui dignis celebras eam Camœnis,
Non fic Cecropias, Achille, Athenas
Non fic magnificas colendo Thebas
Ornatas, dedit aut celebriores
Vrbis Helladis ille clarus atque
Gravis Paufanias, at hoc libello
Tute nobilitas lares paternas,
Nobis, qui merito Tibi merenti
Debemus cumulo referre grates,
Cultam qui patriam volemus effe,
Et claram & celebrem pii atque grati
Iftis pro meritis Te amamus omnes.

rat (*q*). Ita occulatiorum judicio certior, & securior, aliis quoque Patronis obtulit, interque eos Reipublicæ Augustanæ tunc quidem temporis Duumviro Præfecto, Viro Generosissimo *Henrico Rehlingero a Radau*, tum ut obsequia ei sua offerret, tum ut judicium ejus & emendationes rogaret, addita, quam infra quoque exhibemus, epistola (*r*). Sic & celebri Jure-

Duumviro Rehlingero offertur.

(*q*) *M. Cyriacus Spangenbergius A. P. Gassero L. Salutem.*

Pro communicatione annalium Cl. Dn. D. Patrono meo summo & intimo gratias ago quam maximas, studium, diligentiam & sedulitatem in hoc opere admiror, ordinem, fidem & candorem, adeoque etiam pro religione zelum laudo, styli simplicitatem probo, nihilque, quod admodum necessaria putem correctione opus habere, video, pauca saltim, quia Dn. Doctor ita vult, admonere volo, quæ jam inserta operi sunt. Oro autem Cl. Dn. Doctorem, ut omnino curet hoc opus aliquando in publicum progredi, poterit enim multis prodesse. Ego non parum sum eo in historico meo studio adjutus. Promoveat Christus omnia, quæ ad suam gloriam faciunt. Amen. Augsburgi XIV. Maji Anno MDLXXVII. Exul. in ædibus Achilleis scripsit.

(*r*) *Nobili ac Sapientissimo Viro Domino Henrico Rehlingero a Rhadau, urbis Augsburgensis Duumviro meritissimo, Domino & Patrono suo modis omnibus semper colendo.*

Ach.

& Davidi Byrglino. J. V. D. Jureconsulto & C. P. C. *Davidi Byrglino* Augustano, Mense Novembri anno MDLXXVII. exemplar

---

Ach. P. Gasserus L. Med. D. S. P. D.

En tandem, Heros inclyte, prudentissimeque Duumvir, perdiu & sedulo a me praclarissima urbis hujus collectos annales; quos pro vetere in Te mea observantia, immo antiquissima nostra amicitia, nunc Tua Dominationi legendos discutiendosque pra aliis ea lege concedo, ut, qua es humanitate eruditioneque praditus, ad durius dicta candidum Tuum judicium interponere, inepta aniliaque benevole interpretari, erratis, tam in tempore, quam in re ipsa, certiorem emendationem addere, ac ubi imperfecta vel ambigua occurrunt, pleniore instructione subinde ornare ac disponere digneris, atque quod potes & soles, comiter velis, idque una aut altera literula scitulis libro impositis facile fieri existimo. Quo in labore non solum honori Tuo consulueris; sed etiam mihi rem gratissimam prastiteris. Dum itaque Vir cl. pro otio vastam hanc farraginem evolvis, cave ne aliquando nugacitatem rideas, vel libertate ad iram conciteris, sic enim Achillem solere nosti, cujus vitia noveris, non oderis, precor. Quod vero ad stylum attinet, ut non sum Cicero, nec Livius, ita Germanicum meum Latinum non potui semper eadem dictione eleganter pro voto pertexere, tum propter antiquissimorum & tantum non linteorum librorum undiquaque exhibitorum varietatem, tum propter temporis longa intervalla, quibus omnia ista compilavi, adde insuper ob negotiorum professionis mea molestias. Sereno enim animo ad ista recte concinnanda & continuata tranquillitate opus erat. Bene in Christo unico medentium Salvatore vive ac vale, meque commendatum habe. Ex adibus Nostris XVI. Julii MDLXXIII. Ceterum,

emplar manu sua potiorem partem conscriptum, totum vero a se sollicite emendatum paucis ante obitum diebus donavit, quod hodie in manibus Viri Perillustris Dn. *Marci Antonii de Rhelingen L. B. ab Ainhofen* est, & multis quoque lituris & emendationibus turget. Vnde ex vero concludit Cel. MENCKENIVS, Gasserum aliquoties annales suos ipsum describsisse, Patronisque & amicis obtulisse, quemadmodum & Gothanum exemplum pro αὐτογράφῳ habet, saltem & Benedictinum, cujus supra mentionem fecimus, (s) & hoc Rehlingerianum talia

Aliquoties annales descripsit Gasserus.

rum, se suaque ita extenuasse Gasserum, ut invidiam ob multa relata, quæ taceri plerique maluissent, declinaret, vero videtur non absimile.

(s) De αὐτογράφῳ Auctoris exemplari B. SAGITTARIVS in *Annal. Augustan. msc. ab init. p.* 3. *ita: Achilles Pyrminius Gassarus Medicus superiori* (*XVI.*) *seculo Augustanus, Mathematicus & Historicus insignis annales Augustæ magno studio conscripsit &c. Miror ac doleo, tam utile & elegans scriptum nondum in lucem esse editum: nisi forte id gravibus de causis premitur. Ipsum αὐτόγραφον post Vlricum Rumlerum Gassari sororis filium Hieronymum Troschelium & Georg. Hieron. Welschium, nunc* (1690.) *possessorem habet Matthiam Frid. Beckium, Ecclesiastem Augustanum.* Idem exemplar esse

talia effe, nobis, quibus manus Gafferi ex aliis fchedis eft notiffima, & aliis quoque, qui ea infpexere, palam fuit.

Tandem Senatui dedicat. Tandem ipfi Senatui Auguftano opus, prolixa in hunc finem confcripta epiftola, in qua caufas, argumentum & rationem operis exponit, dedicaturus erat (*t*): immo id factum effe, vix dubitandum, licet in publicis Vrbis Auguftanæ fcriniis & ἀρχείοις, exemplar hodie extet nullum, cum ibi olim unum fuiffe probabile fit, quemadmodum in Bibliotheca quoque Reip. Aug. publica affervatum fuit.

§. VIII.

Poft Auctoris funus editi Annales. Delituit tamen præclarum opus multo vigilatum labore, inter privatas manus, donec anno MDXCIII. Hanovienfis typographus, *Guilielmus Antonius*, auctore Wolff-

---

effe, quod non ante multos demum annos Bibliothecæ Benedictinorum acceffit, multæ eæque certiffimæ rationes fuadent.

(*t*) Ipfam dedicationem appendicis loco adjecit Annalibus Ill. MENCKENIVS, T. I. Scr. Rer. Germ. p. 1951. feqq.

Wolffgango Hartmanno, Paſtore Eberspacenſi, illud prelo ſubjicere cogitaret, ejusdemque ſatis amplum faceret initium. Cum vero conſilii rationem Auguſtanæ urbis proceribus proderet, tantum abeſt, ut gratiam, quam quidem ſperaverat, iſta editione mereretur, ut potius ſevere literis monere- *Qui tamen a Senatu impediuntur.* tur, ne ejusmodi quippiam, quod Senatui & Reipublicæ poſſet eſſe præjudicio, ſuſciperet. Et cum hoc non obſtante in edendo opere Editor & typographus pergerent, literas dedit Senatus queremoniarum & minarum plenas (*u*), tum ad Senatum Francofurtanum, tum ad fiſci Cæſarei in iſta urbe miniſtrum, Decanum ad S. Bartholomæi, quibus librum falſitatibus, infamiaque non honeſtis tantum familiis, ſed ipſis Imperatoribus Principibusque perſonis gravem pronunciat, & ut Cæſarea auctoritate ejus editionem ſupprimat, & impreſſa quoque atque edita folia tollat, poſtulat. Id quod etiam tanta diligentia factum eſt, ut præter

(*u*) Quæ hodie & in ſcriniis Reip. & in privatorum quoque manibus ſunt, quarum & nos præſens exemplum intuemur.

& fuppri-muntur. præter unum (x) nullum aliud iſtud naufragium effugeret; certe nec unum quidem impreſſæ partis exemplum ſtudioſiſſime in id inveſtigantibus viris curioſis potuerit hactenus inveniri. Et cœptam hanc, non tamen abſolutam editionem, cauſam *unde liber male impreſſus dictus.* eſſe putamus, cur G. DRAVDIO (y) liber impreſſus dicatur, quem poſtea LIPENIVS, (z) STRV-

(x) Pervenit illud ad diligentiſſimum rerum Auguſtanarum conquiſitorem B. TH. SPIZELIVM noſtratem, ex cujus Bibliotheca ad Virum Nobiliſſimum & Ampliſſimum Dn. BALTH GVLLMANNVM, Reip. Patr. Senatorem graviſſimum, cum reliquis monumentis Auguſtanis migravit. Explent vero impreſſæ paginæ numerum 132. ſive $1\frac{1}{2}$. Alph. reliqua manuſcripta ſunt. Titulum exhibet *præfatio ad Scr. Rer. Germ.* Cel. MENCKENII.

Addita eſt præter varios Indices: *Auguſtæ Vindelicorum urbis in Germania auguſtiſſimæ brevis & ſuccincta adumbratio, auctore Sal. Frenzelio, Vratislavienſi, P. L. a quo etiam ibidem in frequentiſſimo patriciorum & doctiſſimorum virorum conſenſu publice recitata eſt XIII. Kal. Aug. Anno* 1585. quod poëma rythmis Germanicis comprehenſum *Chronico Auguſtano* a ſe edito præmiſit ENGELB. WERLICHIVS.

(y) *Bibl. Claſſ. T. I. p.* 727.

(z) *Bibl. Philoſ. p.* 137.

(a) *Bibl. Hiſt. c. XVII. §. 25. p.* 48?.

STRVVIVS (*a*) & NEV (*b*) ſecuti ſunt (*c*). Nec amplius de editione co-

 gita-

(*b*) *Acceſ. ad Degor. VVhear. releſt. hyem. P. II. p.* 146.

(*c*) Dignum hic obſervatione judicamus, quod, cum Latinam Gaſſerianorum annalium editionem ſuppreſſam cerneret editor WOLFGANG. HARTMANNVS, Paſtor Eberſpacenſis, de Germanico compendio cogitaverit, quod etiam ab eo anno, ubi ENGELBERTI WERLICHII Chronicon Auguſtanum, ex Illuſtris Duumviri MARCI WELSERI Commentariis de rebus Auguſtanis potiſſimum congeſtum, deſinit ad annum 1576. duabus partibus confecit. Id Dieterico Cæſari, qui ſuis ſumtibus Werlichianum chronicon excudi fecit, dedicavit. Ut vero & ſub alterius nomine tutius lateret (fulmen enim ſuperiorum jam ſenſerat Hartmannus in Latina editione) & ut facilius emtorem inveniret, ſi tota Auguſtanorum hiſtoria propinaretur Lectoribus, non ſublatus tantum Partis ſecundæ & tertiæ titulus & Dedicatio, unde rariſſime hodie conſpiciuntur, ſed in fine quoque Werlichianæ Partis addita nota, reliqua ex Gaſſeri annalibus eſſe deprompta, ut incauto Lectori imponatur, cuncta, ut fert titulus, Werlichium ex Welſero depromſiſſe, omniaque primæ partis auctorem agnoſcere parentem. Et hæc quoque ratio eſt, pauciſſimis licet cognita, cur hoc Chronicon Auguſtanum modo ſub Welſeri, modo ſub Werlichii primæ partis auctoris, modo ſub Cæſaris editoris, modo ſub Gaſſeri, qui materiam parti ſecundæ & tertiæ ſubminiſtravit, modo ſub Hartmanni, partium reliquarum auctoris, nomine veniat & laudetur. Ceterum admodum mancam, jejunam, in multis quoque mutilatam & male tranſlatam eſſe hanc Gaſſeriani operis verſionem & epitomen, ipſa collatione edocti fuimus.

Tandem editur. gitatum, fed defcripta tantum paffim celebrata exemplaria, donec illuftris meritis & eruditione Vir JO. BVRC. MENCKENIVS hos annales dignos judicaret, quos ex Sereniffimi Saxo-Gothanorum Ducis, magni illius bonarum literarum Statoris & patroni, bibliotheca a S. R. SAL. ERN. CYPRIANO communicatos novæ Scriptorum rerum Germanicarum collectioni a fe inftitutæ infereret, & in præfatione ea, quæ à doctis Auguftanis carptim fubminiftrabantur, adjiceret, magnam eo nomine ab omnibus, qui hiftoriarum ftudium amplificari cupiunt, gratiam initurus.

§. IX.

De fide annalium difquiritur. Verum antequam colophonem huic differtationi imponamus, de fumma rei, fcilicet de fide annalium horum adhuc differendum eft. Cujus probandæ eo majorem nobis neceffitatem impofitam effe fentimus, quod Cel. *Scriptorum Rerum Germanicarum* Editor, inter alia fidem Gafferi probaturus, hæc addidit: *Interim rerum Auguftanarum gnari, & in his nuperus hiftoriæ Auguftanæ fcriptor David Lan-*

Langenmantel in præf. libri, Historie des Regiments der Reichs-Statt Augspurg, diserte fatentur, se experientia edoctos, quod Gasserus limpidissimos ubique fontes degustaverit. Cum enim non ista tantum præfatio ex nostro fluxerit calamo, sed & nos collationem monumentorum, msc. & impressorum, partim à Gener. Langenmantelio, partim ab aliis, traditorum cum Gasseri annalibus aliisque rerum Augustanarum indicibus instituerimus, quid de ejus pronunciandum sit fide, facile judicare potuimus. Scilicet non unum nec unius generis libros scriptos ad manus Gasserus habuit, sed & optimæ notæ, & à coævis viris, iisque munerum gravitate conspicuis, conscriptos: quorum haud unum nostris quoque oculis visum & lectum est. Inter quos præcipue suscipimus *Chronicon* à BVRCARDO LINCKIO, Senatore Augustano, medio Seculo XV. conscriptum, (*d*) *librum* item *publicum, documentis publicis, diplomatibus, privilegiis, recessibus & contractibus egregie munitum*, in quo *advocatiæ Augustanæ historia & jura* egregie enume-

quæ asseritur, quia

1. optimos & plurimosque fontes habuit.

Xxx 2 ran-

(*d*) Cujus ipse Gasserus ad ann. 1420. meminit, *eumque acta urbis nostræ, memoria sua diligenter conscripsisse* ait.

rantur, quemque quantivis pretii æftimamus; quorum monumentorum omnium fere fummam in Gaffero deprehendimus: aliud item, quod jam ante oculos eft, *Chronicon*, ex diverfis virorum, fenatorio quoque axiomate confpicuorum, ephemeridibus, adeoque Virorum oculatorum & auritorum teftimoniis magnam partem conftans. Vt taceamus tot publica monumenta paffim jam in vulgus edita. Quæ omnia cum Gafferi annalibus conferentes, convicti fuimus, Gafferum veritati egregie litaffe, faltem id nobis certum fuit, nihil illum confinxiffe, fed auctoribus cuncta fuis debere. Id quod ipfe quoque in *dedic. ad Senatum Aug.* innuit, quando, *non exiguo*, ait, *labore, affidua cura, confufum antiquiffimorum manufcriptorum & tantum non linteorum librorum de noftris civibus chaos, partim ex aliorum hiftoriographorum chronologorumque editis lucubrationibus (e), qui nonnunquam paucula de civitate noftra recitant, partim ex Epifcoporum (f) reli-*

Ipfa auctoris verba.

(e) Intelligit hiftoricos medii ævi, *Abbatem Vrspergenfem*, *Chronicon Frifingenfe*, *Felicis Fabri Hift. Sueviæ*, aliosque, quorum loca in *prolegomenis ad Hiftor. Regimin. Auguftani* excitavimus.

(f) Quo pertinent MARESCHALCI à PAPPENHEIM, Canonici Aug. *Chronicon*, quod ipfe Nofter lau-

reliquorumque Ecclesiasticorum, qui paulo attentius sua annotarunt, fastis perdiu evolutis, Augstburgensis Reipublicæ annales hos in ordinem redegi (g). Non negamus quidem, in tam diversissimorum scriptorum turba talia inveniri quoque, ubi assensus hæreat, sed hæc ipsi Gassero imputanda non sunt, qui librorum suorum auctoritatem fideliter secutus est, non nescius, quo altius historia patria surgit, eo incertiora monumenta esse. Quod ipse, tantum abest, ut taceat, ut potius loco modo citato (h) diserte fateatur: *Vt de vetustissimis antiquitatibus (quas invenire impossibile duco) taceam, vix quæ infra CD. annos hic gesta sunt, integre ac probe haberi possunt.* Vnde deficientibus rerum propriarum certis narrationibus ad συγχρονισμὸν historiæ universalis confugit. In recentioribus vero semper ad annalium suorum scopum

Incerta ipsi non adscribenda.

 pum

laudat, MVNSTERLINI *Chronicon Augustanum*, quod Gasserus quoque *ad ann.* 1457. citat. SIGISM. GOSSENBROT. Patr. Aug. *Chronicon Augustense* à Meibomio editum, aliique.

(g) In *Dedicat. ad Hainzelium*, quam supra attulimus.

(h) In *hac ipsa dedicatione.*

pum refpiciens, in enarrandis rerum Auguftanarum fatis eft diligentiffimus.

2. animo fuit integro veritatisque amante His accedit integer Gafferi animus, qualem nobis ejus temporis homines, viri probatiffimi atque boni, depictam dedere, nosque fecundum illorum teftimonium fupra defcripfimus; unde facile affenfum Noftro præbere liceat, quando de fe ad ampliffimum Senatus collegium, *poftremo*, ait, *cum ad noftræ memoriæ annos perventum eft, certe operam maximam adhibui, ne, quod hiftoriæ lex unice præcipit, quid veri omitterem, aut falfi adderem, quin cuncta fideliter & absque fuco tali ratione complecterer, ut pofteris clare conftaret, qui millleartifex Satanas, coluber ille antiquus ac humanæ falutis irreconciliabilis verfutiffimusque hoftis femper tam bello, quam pace calcaneo filii Dei infidiari, omniaque recta & tranquilla perturbare confueverit. Id quod non morofo Lectori in perlegendo evidenter patebit.* Et paulum infra: *Ceterum perfacile auguror, qui hodie funt hominum mores, me, dum benigniorum aures demulcere geftio, tetricis bilem in nares loquendi libertate citurum effe: etenim veritas nunquam non odium parit: Sed quid face-*

Odia hominum non curans.

facerem? dum maxima, mediocria, minima, ſacra item & profana, prout perpetrata ſunt, libere & citra maledicendi libidinem recenſere pergo, non potui non aliquos offendere, quis enim ſine crimine vivit? Quicquid igitur talium odioſarum rerum incidit, venia dignum exiſtimo, cum nihil ex memet finxerim, authoresque omnium habeam. Quodſi id teneamus quoque, Gaſſerum annales ſuos non præpoſtera feſtinatione edidiſſe, & cœcos ita peperiſſe catulos, ſed multa coërcuiſſe litura, multorum dierum examine, amicorumque cenſuris examinatos probaſſe, immo ipſis Senatus Primoribus & Summis Capitibus legendos & corrigendos tradidiſſe, eosque fuiſſe viros ut rerum patriarum gnariſſimos, ita cordatos & veritatis amantes, cur de fide Gaſſeri temere dubitemus, cauſa non liquet. Ceterum integri dimidii Seculi, in cujus decurſu totius reip. Germanicæ graviſſima & memoria digniſſima fata acciderunt, teſtis Noſter cum fuerit, & cum viris Principibus, aliisque ad Rerumpublicarum gubernacula admotis, familiare plane aluerit literarum

3. *Sæpius ex judicio doctiſſimorum virorum emendavit.*

4. *plerorumque fuſius enarratorum teſtis fuit αὐτόπτης.*

5. Literarum commercium aluit cum ſummis viris. commercium, quantum ejus narrationi credi queat, prudens quilibet facile perſpiciet. Quod vero fidem ejus non parum auget, noſtro quidem judicio eſt, *6. Arcanam hiſtoriam ſcribere intendit.* quod ex prima animi intentione arcanam hiſtoriam ſcripſerit (*i*) (eo licet audaciæ, Hainzelio inſtigante, poſtea progreſſus, ut Senatu inſcriberet) cui magis fidem adhibendam eſſe, quam publicæ, apud eos, qui rem recte ponderant, in confeſſo eſt (*k*). Ne mireris itaque, *7. à Pontificiis ſcriptoribus admiſſus.* cum tam præſtantes ſint hi annales, ipſos Pontificios ſcriptores, & inter eos VDALRICVM MOEHNERVM, Benedictini apud Auguſtanos ſodalitii olim aſſeclam, in *hiſtoria*, quam *de hac urbe* condidit, Noſtri veſtigia κατὰ πόδα, immo ſæpius κατὰ ῥῆμα preſſiſſe, quod nos ipſi, quibus occaſio enata fuit, eum cum Gaſſero conferendi,

(*i*) Ita enim ad Hainzelium ſupra: *Tu igitur ex arcanis reipublicæ conſiliariis cum ſis, hoſce civitatis noſtræ annales ſecreto aſſervato &c.*

(*k*) Vid. S. Rev. Fr. GVIL. BIERLING. in *Diſſert. de judicio hiſtor. §. 14. ad Cal. tr. de Pyrrhoniſmo hiſtor. p. 297. ſeqq.* cujus rationes ad Gaſſerum noſtrum merito applicandæ.

di, obſervavimus. Facile itaque, quid de accuſationibus contra fidem Gaſſeri judicandum ſit, liquet. Etſi enim ultro concedimus & dolemus quoque, Gaſſerum fontes, unde ſua hauſit, non indicaviſſe, dandum tamen hoc eſt & ignoſcendum illius ætatis conſuetudini, quæ nuda rerum facta narraviſſe contenta, ad teſtimonia rerum exprimenda non deſcendit; in quo eo magis excuſationem meretur Gaſſerus, quod pleraque ex chronicis manuſcriptis deſumſit, ad quæ provocare, cum in pauciſſimorum manibus ſint, idem eſt, ac nullum exhibere teſtimonium. Poteſt tamen diligens rerum Auguſtanarum ſcrutator, cui felicitas contingit, ejusmodi chronica mſc. inſpiciendi, facile monumentorum allegare loca, cum omnia ſecundum annorum ſeriem narrata facile reperiri queant. Quod vero tum in Summos Pontifices quosdam, tum in Imperatores quoque aliquos, tum in alias perſonas illuſtres & familias honeſtas injurius fuiſſe dicitur, quodque de iis talia retuliſſe viſus eſt, quæ taceri

8. Fontes non allegavit ex Seculi ſui conſuetudine.

9. Durius dicta in Perſonas quasdam veritatis ſtudio imputanda.

Xxx 5 debe-

debebant, ipse non incommode ita diluit: (*l*) *Ante omnia autem illis, qui me Majorum, aut etiam Pontificum famam arrosisse culpant, respondeo, me non panegyricos, sed annales scripsisse, de quibus rectissime Claudianus Poëta cecinit: annales veterum delicta loquuntur. Quod licet me non raro fecisse in hoc opere non negem, parenthesi tamen id ita inclusi, ut molliculus teneriorque lector, si libuerit, levi saltu transilire queat. Quicquid igitur talium odiosarum rerum incidit, venia dignum existimo, cum nihil ex memet finxerim, authoresque omnium penes me habeam.* Non

10. *Vel fontibus, quibus usus est, adscribenda.* negamus quidem, de quibusdam personis ea semel atque iterum afferri, quæ & familiis honestissimis gravia sunt, & rigidius examen non sustinent; (*m*) verum & pauca ea sunt, & hæc ipsa quoque Gasserus non finxit, sed ex codicibus suis vetustis

(*l*) In Dedic. sæpius laudata.

(*m*) Exemplo esse possunt, quæ de Bartholomæo Sulzero narrat, quæ prorsus circumstantiis temporis, familiæ, loci, &c. non respondere, sed ex confuso potius nomine ortum trahere, facile ex chartis splendidæ gentis Sulzerianæ & monumentis authenticis possemus deducere, si hic locus esset.

tuſtis bona fide tranſtulit, (n) in quos vel ex orali veterum traditione, quæ perſonarum nomina facile confundit, vel ex incertis monumentis præſcripta ſunt: unde nihil culpæ in Gaſſerum devolvitur, nec ejus fides in ſuſpicionem adduci poteſt. Quod vero, ut hoc tandem addamus, Senatus Auguſtani cura & petitione editio vulganda fiſco olim addicta fuerit, ut tunc temporis, ubi omnia ſatis erant Auguſtæ turbida, & ſuſpicionum atque ſimultatum inter Senatum & cives plena, & quo facile ejusmodi liber novorum motuum occaſio apud imprudentes eſſe poterat, non ſine gravi ratione, adeoque recte factum eſſe, exiſtimamus, multis adhuc, de quibus ibi ſermo eſt, perſonis earumque liberis inter vivos exiſtentibus, quæ cauſa eſt, cur ipſe Gaſſerus annales ſuos typis vulgari noluit: id tamen adeo non illius quicquam fidei derogat, ut potius arcanam hanc

11. Quod ſuppreſſi annales, fidem noſtro tempore non minuit.

(n) Ita v. gr. Remianam familiam anno 1476. Senatu motam fuiſſe, ob minus fideliter actas respublicas Gaſſerus refert, quod tamen monumentis publicis & privatis, & indicibus quoque Magiſtratuum Auguſtanorum contrarium eſſe omnino conceſſero; in alio tamen eoque mſc. codice, quem ante oculos habemus, eadem propinatur fabula.

hanc historiam esse, cupideque legendam, vel hoc solo argumento apud prudentes historiarum lectores facile obtinuero. Non caret tamen nævis suis & erroribus Gasserus, (o) qui ut homo fuit, ita ipse candide, more suo, fassus est: (p) *Quia vero errare humanum est, egoque nihil humanum a me alienum puto, facile fieri in tanta rerum varietate occupationibusque potest, ut interdum me hallucinatum esse peritiores comperiant.* In potioribus tamen & summis rerum capitibus fidem historicam illi dandam esse, non levibus argumentis probavisse nobis videmur.

Non caret tamen nævis suis Gasserus.

(o) Egregie VOPISCVS in *Aureliano c.* 2. *Neminem historicorum, quantum ad historiam pertinet, non aliquid esse mentitum: prodidisse se, quin etiam, in quo Livius, in quo Sallustius, in quo Cornelius Tacitus, in quo denique Trogus manifestis testibus convincerentur.* Quis vero ob hos nævos præstantissimis historicis fidem historicam denegaverit?

(p) In *Dedic. laudata.*

MAT-

II.

MATTHIÆ SCHENCKII, LYCEI AUGUSTANI QUONDAM RECTORIS, AD HIERONYMUM WOLFIUM EPISTOLA,

QUA VITAM SUAM IPSEMET DESCRIPSIT.

PRÆFATIO EDITORIS.

Quam hic recuſam Tibi exhibeo epiſtolam, decerpſi e libro hodie minus obvio, TABULA nempe COMPENDIOSA DE ORIGINE, SUCCESSIONE, ÆTATE ET DOCTRINA VETERUM PHILOSOPHORUM, EX PLUTARCHO, LAERTIO, CICERONE, ET ALIIS EJUS GENERIS SCRIPTORIBUS, à G. MORELLIO TILIANO COLLECTA, & cum Hieronymi Wolfii, Polyhiſtoris quondam Auguſtani longe celeberrimi, annotationibus variiſque acceſſionibus Baſileæ A. MDLXXX. in 8. edita. Meretur vero quam maxime Viri hujus memoria conſervari, cum de Gymnaſio Auguſtano præclare meritus, inſignique do-

doctrinæ copia instructus fuerit. Referendus is quidem est inter eruditos ἀγράφους, de quibus egregie, uti solet, πολυμαθέστατος Heumannus in Conspectu Reipublicæ literariæ (*a*) disseruit: verum non tam scribendi facultatem, quam voluntatem, otium, aliasque opportunitates, illi defuisse, vel sola hæc, si quid judico, epistola satis declarat: quanquam neç plane ἄγραφος fuerit, siquidem inter meas reculas CONSTANTIÆ QUERIMONIAM nitide ab eo conscriptam servo, qua civitatem Constantiensem, patriam suam, à Carolo V. Imperatore Augustissimo primum proscriptam, deinde vero occupatam & libertate privatam per προσωποποιΐαν inducit, suam causam coram imperii Romano Germanici Proceribus strenue, multisque rationibus oppido prægnantibus, agentem, ac illos pro libertate sibi restituenda implorantem. Meminit ejus quoque Hieron. Wolfius in epistola nuncupatoria ad illius filium Joannem Schenckium, celeberrimum Medicinæ Doctorem, & Noribergensium eo tempore Poliatrum, libro supra memorato præ-

(*a*) Cap. VII. §. XXII. sqq. p. 214. sqq. editionis novissimæ.

præmiſſa, his quidem verbis: *Mitto vitam parentis tui, ab ipſo conſcriptam: addidiſſem libenter CONSTANTIÆ QUERIMONIAM, cygneam omnino cantionem, qua ego cum commiſeratione quadam non mediocriter ſum delectatus: nec offenſum iri quenquam exiſtimavi, modeſtiſſima præſertim, ſenis patriæ amantiſſimi. Quis enim juſto dolori non daret veniam? & hiſtorica narratio diſſimulare non ſinit ea, quæ luce meridiana clariora, & lippis (quod ajunt) & tonſoribus nota ſunt. Sed & prudentiſſimi cujusdam viri (b) monitu, & exemplis recentibus admonitus, ſecuritati noſtra potius, quam defuncti gloriæ conſulendum exiſtimavi. Qui quantum præſtare potuiſſet, ſi famæ, quam ſcholæ & rei familiari, conſulere maluiſſet, una illa oratione ſatis demonſtravit.* Mortalium vero cœtui ereptus Vir eximius eſt eo ipſo anno, quo hanc, quam damus, epiſtolam exaravit, die 21. Julii, cephalalgia, quam Ungaricam tum vocare conſueverunt, confectus, hocque ipſi epitaphium poſitum:

(*b*) Fuit is Jo. Baptiſta Hainzelius, Septemvir tum Auguſtanus, uti manu ſua ad marginem notavit primus exempli mei poſſeſſor, M. Jo. Plancomarius, Schenckii & Wolfii in Gymnaſio Auguſtano collega, cujus & Wolfius in dedicatione mentionem fecit.

MAT-

MATTHIAS SCHENCKIUS,
CONSTANTIÆ, ANTIQUA IMPERII URBE,
NATUS ANNO DOMINI cIↄ Iↄ xvII.
ARGENTORATI, WITTEMBERGÆ ET IN ALIIS SCHOLIS PRÆCLARE EDOCTUS,
UTILITER DOCUIT ANNOS X. IN PATRIA:
UNDE AUGUSTAM VINDELIC. COMMIGRAVIT, INVITATUS AB AUGUSTANO SENATU,
UT PRIMARIUS
ANNEÆ SCHOLÆ MODERATOR ESSET:
CUI CUM XVIII. ANNOS LAUDABILITER PRÆFUISSET,
COMMORATUS IN TERRA ANNOS LIIII.
TANDEM IN COELESTEM PATRIAM DISCESSIT
XII. CALEND. AUGUSTI
ANNO REDEMPTI ORBIS
cIↄ Iↄ LXXI.

In-

Inter ejus discipulos fuit Lucas Geizkoflerus, Tyrolensis, JCtus postea consummatissimus, cujus quædam in præceptoris laudem carmina laudatæ epistolæ subjecta sunt, quæ tamen, spatio parcentes, heic repetere noluimus. Vale, Lector benevole.

M. SCHENCKIVS
H. VVOLFIO, AFFINI ATQVE COLLEGAE SVO

S. P. D.

Ostendisti superiore mense in sermone quodam tuo mihi, te de edendo denuo, & quidem postremum, Demosthene cogitare: meque, num quos addere illi (ut fit) uersiculos uellem, interrogasti: quònam consilio, mihi non satis constat, animo certè quidem ut planè persuasi mihi, bono, & consilio non malo: sed cujus ego tamen rationem inuenire cogitando mecum certam nondum potui: nisi quod in spem uenio, consulere te, coniungendo meum cum Demosthene nomen, famæ meæ pro tuo in me amore, uoluisse. Quod

quidem si ita est: amorem in me magis tuum, quam de me iudicium, probo: qui non tam quid scribendo efficere possim, quàm quid me fortasse posse par sit, spectes. Etenim te memini etiam antea aliquoties hortari tum collegas meos, tum me inprimis, ut edito aliquo ingenii mei industriæque monimento, me quasi humo attollerem, doctàque uirûm uolitare per ora eniterer. cumque minus quam uelles, apud me proficeres, non solum proponere (quod facere qui hortantur solent) aliorum exempla mihi, & magistrorum scholæ ipsius nostræ, *Xysti (inquam) Betuleij*, *H. Ziegleri*, *A. Dietheri*, quorum scripta extant non pauca: sed & ignauiam atque cessationem accusare interdum in eo genere, non obscure meam, qui scriptorum alienorum lector, nihil reponendo, committam, ut neque scholæ, (ad cujus famam aliqua fieri possit ex meis lucubrationibus accessio) neque nominis mei (quod innotescere cupias) rationem habere satis magnam uidear: amicè id quidem fateor) & ita ut facile appareret, cupere te honestè cum mihi, tum scholæ nostræ: sed, ut dixi, non satis rationibus meis (nam de temporibus, ita exulceratis, ut *uix sentire*,

quod

quod sentias, *nedum loqui ac scribere audeas*, nihil dicam) accommodatè: cui in mentem non uenerit, non eum modo, qui ad rem gerendam ipse accedit: sed & qui ad accedendum hortatur alium, cauere debere, ne id consideret mòdò, quàm illa res honesta sit, sed etiam ut efficiendi habeat ille facultatem, ut ait Cicero. Hoc enim si considerasses, non tu autor eius rei mihi unquam fuisses, quæ à me suscepta, & labem famæ, & notam scholæ inussissent turpem. Nam ego sane quidem, si inesse in me istam efficiendi facultatem sensissem, uel ultrò, quod tu me ignavia quadam effugere munus putas, suscepissem: Nunc committendum, in tanta emendatè, & ad rerum dignitatem aptè scribendi inscitia mea, non existimaui, ut quod essem in aliis reprehendere aut certè minus probare solitus, in me ipse admitterem. Placuit autem nunquam mihi (uerè ut dicam) illa *nostri temporis* πολυγραφία, & scribendi immoderata licentia: eo iam pridem progressa, ut non modò in mentem, sed in buccam quicquid ueniat, mandare literis plerique non dubitent, planeque illud Persii esse uerum, habere persuasum uideantur: *Scire suum nihil esse, nisi se scire hoc,*

ſciat alter. magno illud quidem ſuo cum dedecore, ſed majore literarum ipſarum bonarum, hominumque, etiam uerè literatorum, cum damno ac probro: quæ temeraria iſta atque turpi ineruditæ eruditionis oſtentatione, in contemptionem adducunt tantam, nihil ut illis hodie eſſe uideatur uilius atque abiectius. Scribunt enim atque emittunt, quæ præter eos, qui eandem ſcribendi licentiam ſibi permitti uolunt, & paucos alios, quos tituli mendacis & aureos montes pollicentis ſplendor fortaſſe decepit, emit atque attingit nemo, quorumque plena ſtatim, ut exiuerunt, ſunt, non bibliopolia ſed pharmacopolia: non, uti par erat, hominum doctorum bibliothecæ: ſed aromatoriorum,inſtitutorum, mercatorumque tabernæ: nec immerito ſanè: Nam ſi reprehenſione digni Ciceronis ſententia ii ſunt, qui cùm rectè ſentiant, eloqui tamen politè,quod ſentiunt,non poſſunt: intemperanterque cum ocio tum literis abutuntur, qui quas mandant literis cogitationes ſuas, nec diſponere, nec illuſtrare poſſunt, nec delectatione aliqua allicere lectorem: quid de iis ſentiendum eſt ſcriptoribus, qui nec res, quas explicandas ſumunt, ſatis intelligunt, nec ad-

hibere

hibere in eloquendo ornatum illis ullum curant, aut etiam possunt: sed res tractant, uel peruagatas ac uulgares, uel sibi non magis quam aliis cognitas atque perspectas: & oratione utuntur inculta & horrida, cuique nec gratiam afferat uerborum elegantia, nec pondus addat sententiarum gravitas: qualis profectò hodie (dicendum enim omnino est, quod sentio) *multorum oratio est, atque hæc fortassis ipsa, qua in insectandis aliis nunc utor:* sed quæ veniam uel hoc nomine meretur, quòd eam tua mihi extorsit, Vuolfi, ignauiæ meæ, id est, (ut ego quidem interpretor) neglecti officii non semel usurpata exprobratio. Ejus enim, ut ego criminis suspicionem à me amoverem, necesse mihi fuit meam ostentare eloquentiam scilicet. Sed ad scribendi κακόηθες ut redeam, affert illud sanè quidem incommodi non parum privatim etiam: (exhaurit enim lectorum loculos, occupat autoribus melioribus in bibliotheca reseruandum ac destinatum locum, eripit studiis utilioribus debitum tempus) sed ejus ferendi aliquo modo tamen: illud uerò quis ferat, quod cupidè atque inconsideratè scripti libelli, iidemque mox temere editi atque divulgati, non

rarò etiam publice, & quidem uehementer nocent: alius, quod religioni Christianæ non satis consentanea dogmata tradit atque propagat: alius, quod famæ alienæ maculam nunquam eluendam, criminatione falsa aspergit: alius hominum conjunctissiorum animos alienat, uoluntates distrahit, concordiam dirimit: alius denique alia ratione uitæ civili & tranquillitati publicæ officit: qui adeo ætate nostra sunt scripti multi, ut, si iis addas libellos alios non necessarios, memoria nostra, falsa eruditionis opinione, confectos, & emungendæ pecuniæ gratia magis, quam studio communis commodi, à typographis expressos, *epitomata* (inquam) indocta, ut uocare scriptores præclari illi nostri solent: laudationes assentationi datas, criminationes ex odio & maledicendi studio profectas: conuersiones bonorum autorum ineptas: Ad summam, quicquid id est, quo majore commodo careat quam utatur uir doctus: eaque ex bibliopoliis & bibliothecis simul tollas omnia, *superfuturi sint libri boni, à nostris hominibus conscripti, admodum pauci*: Quæ eadem causa est, cur bibliothecæ, si librorum numerum spectes, instructissimæ, & pecunia non ita pridem com-

comparatæ admodum grandi, hodie vix dimidio ejus quo ſunt emptæ pretio,uendi poſſint. Intelligunt enim ac ſentiunt homines,non ſtupidi,(qui quidem libros tractant) prorſus omnes iam, plus omnino inutilium ac malorum, quàm bonorum utiliumque librorum, illam nominis immortalitatem adipiſcendi cupiditatem ac ſpem, ſcribendique licentiam peperiſſe: *nec tam ex numero quàm bonitate librorum, æſtimandas bibliothecas eſſe*; propterea, quòd,ut equus, ita autor unus aliquis bonus, malis infinitis longè præſtet, & ſi quid maximè in noſtrorum ſcriptis eruditum reperitur,alienæ plumæ illæ ſint, „ & quod iam olim Terentius uerè dixiſſe „ creditur: Nullum eſſe jam dictum,quod„ non dictum ſit prius: falſum eſſe hoc„ tempore nullo modo eſſe queat. Verum ut unde eſt digreſſa, eò redeat oratio, non me, ut tu ſuſpicaris, Vuolfi, laboris inertia, ſed metus infamiæ à ſcribendo abſterruit, & quòd me nihil ſciui afferre poſſe, iſtis quæ reprehendo politius atque perfectius. Quo minus autem poſſim, cauſæ planè multæ ſunt, præcipua autem hæc: quòd mihi ex parentibus honeſtis, ſed iis non ſatis opulentis nato, neceſſe fuit arbitratu alieno, eorum, qui ſubminiſtrarunt,

quæ ad victum & cultum suppeditarent, iam inde à pueritia propè, studia instituere, *nec licuit, quantum fortassis libuit, aut certè oportuit*, laboris temporisque istis, in quibus tu me excellere cupis, humanitatis studiis tribuere. Ab illis ergò, literis sacris discendis destinatus, Argentinam primùm, deinde Marpurgum, postremò Vitebergam missus sum, operam Theologis, qui ibi tum docebant, nobilissimis atque clarissimis, uti darem: quibus audiendis cùm tantum profecissem, ut jam ad docendum alios aptus, fortassis non tam essem, quàm uiderer: reuocatus domum, Isnam sum ab illis ire jussus, Algauiæ oppidum, tum ut literas Hebraicas (linguam intelligendis scriptis sacris inprimis necessariam, cujusque iam pridem fundamenta ea jeceram, ut Vitebergæ eam docere æquales meos, homines doctos, atque in his eum ipsum, qui superiori anno Ratisbonæ è uita excessit, Nicolaum Gallum, non dubitarem) de Paulo Fagio addiscerem studiosiùs: tum *habendas ad conciones aliquando etiam tandem adhiberer*. Quo consilio dum Isnæ commoror, ecce literæ mihi Constantiâ afferuntut: afflictissimum esse Scholæ statum: eum enim, cujus opera sint usi aliquamdiu in

ea

ea regenda, satis egregia atque fideli, iam discessisse: qui autem successerit, eum officium non faceret: Dem itaque operam, si se, si liberos suos amem, qui meritò curæ sibi sint maximæ, ut aduolem: in me spem esse restituendæ in integrum scholæ repositam omnem, qui Joanne Sturmio præceptore usus (accersitus enim is Argentinam erat, cùm biennium iam & amplius ego & certarum quarundam civitatum alumni illic fuissemus, artes dicendi nobis, earum rudibus & progressus ea re in Theologia non satis magnos facientibus, ut traderet) illud quasi artificium aperiendi ludi, & ratione ac uia literas docendi probè tenerem. Quo nuncio etsi è medio quasi studiorum sacrorum cursu auocabar: tamen quod *difficilius semper uisum mihi esset Ecclesiastæ munus*, grauiusque, quam quod sustinere „ posse uiderer, onus: credebamque non „ minus me prodesse patriæ in formandis „ ad pietatem humanitatemque pueris, „ posse, quàm hominib. grandioribus: „ atque adeo defuturos prospiciebam, à „ quibus pietatis beatæque uitæ doctri- „ na grandiores erudirentur, absque ludimagistris si esset: denique quia in patriam reuocari me uidebam, & quidem ab iis,

quibus pro ſuis in me meritis, & ea,quam in me haberent, poteſtate, non facile denegare quicquam honeſte poſſem, non inuitus autoritati Magiſtratus parui, ut infeliciter quidem. Ita enim recreata aduentui meo ſchola eſt,ut nec illos prouinciam iſtam tradidiſſe mihi, nec me delatam accepiſſe unquam pœnituerit. Cum enim propter eas, quas modo expoſui, cauſas, ſolitudo fuiſſet antea in ſchola à pueris maxima, ita auctus diſcipulorum numerus temporis ſpatio non longo eſt, ut & claſſibus & magiſtris mox pluribus opus eſſet: nec deeſſent, qui cibum una mecum capere & uiuere liberos ſuos cuperent.In quo ut gratificari non tam,ipſis, quam ſcholarchis facilius poſſem, eo ſcholæ magiſtro, qui conuictores aleret, opus ſibi eſſe dictitantibus: *uxorem duxi.* Quo loco non illud, quod Demea Terentianus, dico: *quam ibi miſeriam uidi?* ſed illud dico,adminiſtranda ſimul cum ſchola, re domeſtica, regendis item & inſtituendis privatim conuictorib. quos nactus ſtatim ſum plurimos, & educandis, quos annis paucis ſuſcepti, liberis, non paucis, negotii habuiſſe tantum, ut augendæ & conſequendæ eruditioni me fortaſſis dignæ, temporis perpa-

rum,

rum, uel nihil potius, sit concessum. Atque ea ratio ac fortuna mea fuit, quoad *bello Schmalcaldico* (quod Germanicum externi uocant) oppugnata à Cæsareanis de improuiso (ipso utique institutæ pacificationis tempore) urbe, & à sociis suarum rerum satagentibus deserta, in fidem se atque clientelam Domus Austriacæ contulit. Tunc enim dissipatis, ita ut fit, discipulis, & mutata cum reipublicæ forma, religione, ab administratione scholæ non tam amotus sum; quàm cessi ultro, idque ob importunitatem (ut lenissimè dicam) N. P. præfecti urbis, qua redactus cum aliis nonnullis in eas angustias sum, ut quid me facerem, nescirem, & de consilio amicorum prorsus domi delitescerem, præter conuictores paucos aliquot ciuium filios, nec ætate nec eruditione pares, non sine magna molestia, literas docens. Quo tempore quomodo me putas fuisse, *mi Vuolfi*, affectum? primum, subtracto stipendio, in magno liberorum charissimorum numero, inopem: deinde, in perpetuo exilii metu ob improbatam religionis doctrinam nouam uersantem: postremò; cum, cui fortunæ melioris spes adeo ostendabatur nulla, ut non deessent, qui me, relicto eo quod tum cole-

bam

bam uitæ literatæ (ut ita dicam) genere, amplecti aliud quoduis iuberent: homines ſi non prudentes: at mei certe commodi, quod facile ſenſi, inprimis ſtudioſi. Etenim excitatum iam erat & parabatur bellum, quod Mauricio & Alberto ducibus, liberandi Landgrauii, & recuperandæ libertatis Germaniæ gratia ſuſceptum, peruaſurum in uniuerſam omnino Germaniam uidebatur: ut cogitare de transferendo domicilio, & collocanda alibi rerum fortunarumque ſede, tum quidem non poſſem: *niſi locum potiùs mutare, quàm fortunam: imò è fumo in ignem præcipitare me uellem*, ut plerique dicebant. Non ego me quidem indignis homine Chriſtiano angoribus dedi & afflictaui immodicè: ſed tamen (dicam enim, quod res eſt) hominem me eſſe ſenſi, & fortuna tam afflicta, non tam mea, quàm uxoris ſuauiſſimæ, & liberorum obſequentiſſimorum admodum moueri. Sed quia effugium patebat miſero nullum mihi, uerſare ſaxum illud meum, qua potui maxima animi æquitate pertexi: implorata interim cum meis ſedulò Diuina, qua me una ſuſtentabam, clementia: quam tandem & quidem in ipſo afflictiſſimæ fortunæ articulo ſenſi admirabilem.

bilem. Accidit enim ut non multò post ex iis, quos dixi, discipulis meis quidam, *Georgius à Schuuartzach*, meo hortatu Tubingam se studiorum gratia conferret, egoque pro eo ac par erat, rogatu parentum, magistro eum suo, *Joanni Benigno*, uiro bono, homine erudito, amico (ut ego sum expertus) integerrimo, Rhetoricam tum docenti, per literas commendarem: ille autem discipuli credo istius mei, fortunam & uicem meam deplorantis, oratione adductus, apud *Augustinum Müllerum*, Syndicum & Scholarcham Augustanum prudentissimum diligentissimumque (qui tum fortè Tubingam, ut magistrum scholæ Augustanæ conquireret aptum, missus erat) mentionem mei faceret eam, qua is ad me amandum, & conducendam quoquo modo operam meam, facile impelleretur. Apparuit id ex eo, quod altero statim ab eo sermone mense (acciderunt autem omnia hæc extremo año 1552.) Constantiam nescio cujus negotii conficiendi causa profectus, id ipsum munus ultro mihi detulit: atque ut cognoscendæ rei totius gratia uenire accersitus Augustam, non grauarer, rogavit. In quo ego me illi (rebus meis ita ferentibus) nequaquam difficilem præbui.

Sed

Sed cum in menſe Februario ſequenti Auguſtam literis ipſius, nomine & juſſu Scholarcharum ſcriptis, euocarer, non inuitus eodem menſe me illò contuli, nactus itineris comitem optatiſſimum, *Caſparem Mendlisboueum*, qui ſe, urbis tam præclaræ inſpiciendæ gratia, adjunxerat ultrò mihi. Tranſigi autem inter nos tum quidem non potuit: ſed poſt menſem unum & alterum tamen, miſſis ultrò citroque literis ita inter nos conuenit probè, ut approbatis, quæ ferebantur, conditionibus univerſam huc menſe Iulio transferrem familiam: ubi annos aliquot non minus quàm in patria obſcurus (ut ſcis) uixi, publicoque abſtinui: non tam conſcientia inſcitiæ cujusdam meæ, (quanquam id quoque) quàm ignoratione, uſitatæ hodie, ac propè neceſſariæ oſtentationis, & *pudore ſubruſtico* quodam: qui innatus mihi ita diuturno uitæ ſolitariæ uſu confirmatus auctusque eſt, ut, præterquam quod aliis conatibus honeſtis meis multis ſæpe obſtitit, ineptum etiam me in frequentandis hominum cœtibus reddiderit: eorum præſertim, qui non tam ueris quam gratis audiendis aſſueti, oratione hominis ingenui facilè offenduntur. Quæ cauſa eſt, cur etiam nunc hominum con-

congreſſus minus expetam, & æquiore animo iſtud ſiue naturæ, ſiue inſtitutionis uitium (ſi uitium eſt, præ te, fronte, oculis, uultu denique toto & lingua ferre, quod animo ſentias, nihil neque ſimulantem, neque diſſimulantem) feram: cum præſertim eo res redierit, ut *ueritas iam non odium, ut olim, ſed exilium atque exitium afferat.* Sed ut, omiſſa morum alienorum inſectatione, in ſcholam redeam: etſi quam nunc annos 18. obeo adminiſtrandæ ſcholæ Auguſtanæ prouinciam depopoſci mihi atque appetiui nunquam, ſed delata ea mihi non petenti eſt: tamen tantum abeſt, ſuperbiorem me ea res ut fecerit, ut, quaſi diuinitus adminiſtrato negocio, hoc nomine me plus etiam ampliſſimo *Reipublicæ Auguſtanæ* ſenatui debere ſemper iudicarim: qui me ſi non ſciens ex iis, quibus tum premebar ærumnis, clementer eripuerit, ſaltem ſciens inde emergendi, ac me meosque honeſte alendi uiam monſtrarit optatam. Conſtituit enim mercedem mihi, quantam alii antea nemini, ac ne doctiſſimo quidem, humaniſſimoque uiro, eidemque diligentiſſimo ludimagiſtro *Xyſto Betulejo.* Sed eo tempore conſtituit, quo non modo rerum omnium caritas in dies propè ſingulos creſcebat, ſed & labor

auge-

augebatur egregiè mihi. Quanquam enim initio minus probaretur quibusdam mea docendi ratio, qui ſummotis è ſchola autoribus difficilioribus,oſtentationis cuiusdam inanis cauſa magis, quàm quòd diſcipulorum uel ætati uel eruditioni conuenirent,proponi ſolitis,libros in eam introduxiſſem uel reuocaſſem potius, uſitatos & notos, ſed eos neceſſarios; & eo nomine malè apud eos, qui nec ſtatus ſcholæ, nec conſilium meum quod eſſet, ſatis intelligebant,audirem: accederet etiam hoc incommodum, quòd comitiis crebris grauata ciuitate, ſtudia tum omnino minus, quam tempore alio quouis, à parentibus pleriſque curarentur, & incumbere in curam amplificandæ ornandæque ſcholæ Scholarchæ uariis diſtracti cum publicis tum priuatis negociis, non facilè poſſent: tamen ita paulatim creuit diſcipulorum numerus, ut *locus illis in ludo omnibus non eſſet*, ſed eſſet augendus mox etiam claſſium (ut hodie uocant) numerus. Quam autem ſit difficile, alienatis à ſchola, quacunque etiam de cauſa, hominum animis, & ceſſantibus, imò uerò non ſedulò advigilantibus, adiuuantibusque pro uirili Scholarchis, ſcholæ ſtatum etiam mediocrem tum collocare,

care, tum tenere, ipse quoque, *Vuolfi*, adiunctus postea rogatu meo collega mihi, (sic enim appellari te patere) sensisti. Obiectæ enim etiam tibi initio difficultates similes quædam sunt, ut scis: quibus fieret, ut minus quam uelles & excellentis eruditionis tuæ illustri fama dignum esse uideretur, scholæ prodesses: Sed effecisti tu breui, tum autoritate & gratia, tum crebro monendo, hortando, rogando, remedium, ut istis malis Magistratus quæreret, ac primum quidem rebus scholasticis procurandis præficeret scholarchas alios, non minus illos quidem, quam fuerant superiores, claros uiros, sed minus occupatos tamen, quique administrare eas, pro suo erga literarum studia amore, quam optime cuperent, & pro eruditione ac prudentia singulari sua, facile possent: Deinde collegis nostris (nam ego quidem dum pudori potius meo obsequor, quam rei familiari consulo, constituta mihi inde ab initio mercede contentus semper fui) stipendium augeret: Postremo, auctis scholæ conclavibus, pueros in classes plures distribueret, atque ita tandem ea fieret, quam uidemus, ad discipulorum numerum accessio: ut in urbe admodum ampla & fre-

quenti, parua: ut in ciuitate opulenta, quæque non tam Mineruam uidetur habere propitiam, quam Venerem & Plutum, ſic ſatis magna, & quæ tantum faceſſit negocii mihi, ut temporis uacui, quod ſtudiis impendam priuatis, relinquat plane parum. Doceo enim quotidie (ut ſcis) non, ut in Academiis, horam unam, ſed tres, idque ipſum hoc majore quam illi labore, adde etiam cura & ſolicitudine, quod illi perfuncti iam putantur, cum bona fide, quocunque tandem euentu, docuerunt: ego, feciſſe officium non uideor, niſi præſtem, ut fructus etiam operæ meæ appareat aliquis. Ad hanc uero docendi moleſtiam (quam me unam ſuſtinere quidam opinantur) quæ accedant aliæ, haud ſcio, an præter me ſciat quisquam: nemo certè me ſcit melius, qui eas quotidie experior, loco habitans non, ut collegæ, tranquillo aliquo, & ad exercenda ſtudia accommodato, quo me poſt obitum in ſchola munus tanquam in portum recipiam: ſed multas ob cauſas inquietiſſimo: in media ipſa ſchola: domo tantum non publica & omnium communi, atque ab hominibus interpellatoribus uix unquam uacua: quippe quo omnes, quibus uel aliquid cum quoquam uel magi-

magiſtro,uel diſcipulo, rei eſt, confluunt: qui profectò plurimi ſunt, & me quidem unum prope, ceu excipiendis laboribus omnibus deſtinatum *mediaſtinum ac primarium* (uti me plerique hodie uocitant) magiſtrum, adeunt omnes. Primum frequentes parentes: quorum alius filium adducit, ut explorata ejus, ſi qua eſt, doctrina, cognitoque ingenio, præceptori ſe digno tradatur inſtituendus, alius de filii ſtudiis quærit, alius de moribus queritur, alius conſilium auxiliumque expetit. Deinde quotquot huc ueniunt, non abhorrentes ab ea, quam noſtra ſchola profitetur religionis doctrina, literarum bonarum ſtudioſi, peregrini: diuites, pauperes: illi quidem maximam partem ſcholæ & bibliothecæ inſpiciendæ gratia: hi uero (qui minime pauci ſunt) alio atque alio conſilio: plerique autem, ut uel in diſcipulorum gregem (ſic enim loquuntur) recipiantur,uel conſilium rebus afflictis ſuis ſubſidiumque quærant, uel uiatici aliquid auferant. Nam de iis, qui in ſcholam iam recepti, canendo oſtiatim ſtipem colligunt, ac uictum quærunt, quid dicam? quibus uel ſolis in officio continendis negocii haberem ſatis. Etenim cum ſchola quaſi domus illis ſit, in

qua habitent, & unde nunquam propè, nisi fames, aut qua alia necessitas cogat, egrediantur: fieri profectò non potest, quin molesti multis modis sint mihi, & studia mea uariè interturbent. Quibus si addas, salutantes me populares Constantienses, adeuntes officii gratia amicos, uisentes me homines notos, consilium exquirentes affines, stipem rogantes mendicos, literas uel afferentes, uel petentes, tabellarios (etenim illi cum Latinè nesciant, quicquid propemodum epistolarum Latinarum Augustam mittitur, ad D. Annæ deferunt: & quoque ituri sunt, reperturos se in tanto puerorum numero putant, unde aliquid literarum pecuniæque accipiant.) Hos ergò, inquam, si superioribus illis studiorum meorum interpellatoribus addas, næ tu non me nihil scribere mirabere, sed dare rei ulli alii operæ quicquam posse. Sunt autem continendi adhæc in officio conuictores quoque, atque in his stipendiarii quos uocant: bona si non scholæ totius, at classis certè supremæ pars: quorum nisi coercerem petulantiam, reprimerem audaciam, castigarem segnitiem, excitarem aleremque diligentiam, illud, quod uidemus, profectò consequerentur nunquam

illi,

illi, *primum ut inter discipulos locum semper tenerent*. Nisi uerò eos suapte sponte officio fungi ac calcaribus plane nullis (quibus ne prouecta quidem ætate homines carere semper possunt) indigere credibile est. Ego sanè, qui usu annorum fermè triginta comperi, esse homines omnes quidem, sed adolescentes inprimis, à labore procliues ad ocium, maliciam, libidinem, ne deesse in eo uiderer officio, ac fidei Reipublicæ parentibusque datæ, non satis memor: bibliothecam etiam meam & Musæum conjunctum cum eo, in quo illi studia exercent sua conclavi, esse uolui, ut inspector eorum quæ agerent essem assiduus, atque à latere illi meo quàm rarissime discederent: magno utique illorum cum commodo, sed (quod uel tacente me sanus quisque intelligit) studiorum meorum commodo nullo, cui ille libros depromentium, aperientium, recondentium strepitus non esse molestus non potest: ut taceam (quas cauere prorsus omnes nemo ualet) illorum confabulationes, & quas prohibere inhumanitatis esset, interpellationes crebras, modo hoc, modo illud petentium, quærentium, ad me deferentium. Est præterea operæ ali-

quid rei familiari atque domeſticæ dandum: id eſt, elaborandum enitendumque mihi, ut me, ut uxorem, ut liberos honeſtè alam: nec alam tantùm, ſed & ſubſidii aliquid meæ ſeneƈtuti, uxoris uiduitati, liberorum ſolitudini comparem: quod quam ſit his tam difficilibus temporibus laborioſum, res loquitur ipſa, & ego experiundo quotidiè ſentio. Quanquam enim mercedem annuam Magiſtratus Auguſtanus mihi perſoluit eam, pro qua ei multum debeam: tamen tanta illa certè non eſt, ut, etiamſi parciſſimus frugaliſſimusque ſim, ac planè genium defraudem meum, conſequi id, quod dixi modò, quodque ego uiro prudente, marito fideli, patrefamilias diligente eſſe dignum judico, queam. Neque hic quisquam me jubebit, abjeƈta rei familiaris cura, in clementia Dei, omnes nos, atque adeò uolucres ipſas cœli benignè paſcentis, acquieſcere: acquieſco enim ſi quisquam, & in ea alendi me meosque repoſitam ſpem prorſus habeo omnem: Sed ita acquieſco, ut, cum ei me uitamque commiſi, ipſe quoque meis commodis (dicam enim, nihil ueritus Stoicorum quorundam cenſuram, quod ſentio libere) non

deſim,

desim, sed *cum Minerua, uel potiùs alente ac ditante nos Deo ipso, manum operi admoueam:* nec quicquid est à negociis cæteris mihi reliquum temporis, lectioni, meditationi, scriptioni uni statim tribuam: sed bonam ejus partem subleuandæ in administranda re domestica uxori, & educandis, instituendis, atque ad omne officii munus instruendis liberis impendam: Quam meam diligentiam ac curam adeò culpari non posse puto, ut reprehensione iusta eos non carere existimem, quod quasi ab humanitatis studiis alienum turpeque sit, eos, quos Deus atque natura commendauit nobis, amare ac fouere, officio in ea re suo desunt. Quis enim is est censendus esse maritus, qui uxoris rationem non maiorem ducit, quam famulæ? qui ei, quam asciuit sibi laboris sociam, laborem imponit uni omnem? qui quasi unus hospes quidam in ædibus, ipsis suis quid fiat non curat: quanti ueneat uinum, quanti frumentum, quanti cætera, quæ sunt ad uictum & ualetudinem necessaria? non quærit: Aut quis pater is putandus est esse, qui quos procreauit liberos, non magis curat ac respicit, quam si nati ex se non essent? qui in longitudinem non consu-

lit? inopiæ illorum cum poſſit, non occurit? &, quod fœdiſſimum eſt, *libros pluris, quam liberos facit?* Ad ſummam: qui de uxore liberisque mortuo ſe (quid dico mortuo? imò uiuo) quid fiat non laborat, egregie ſe munus adminiſtraſſe ſuum & præſidium illorum egeſtati firmum comparaſſe ratus, ſi famam præclaram illis & nomen celebre, magna cum ualetudinis, tum rei familiaris iactura partum, ſed ad famem propulſandam non magnopere utile, relinquat, una cum bibliotheca adamata. magno illa quidem fortaſſis empta, ſed quam uix tertia ejus, quo conſtitit, precii parte diuendant: Hoc miſeriores, quod matre in rem domeſticam, patre uero ad propagandam eruditione nominis famam, intento, in magna licentia, aut negligenter ſaltem educati, bonisque artibus ac diſciplinis nullis in puericia inſtituti, homines euaſerunt peſſime morati, improbi, & ſæpè ſcelerati. Quam enim eſſe dicemus cauſam aliam, cur pauci adeo doctiſſimorum uirorum filii, parentum eruditionem atque uirtutem æquent, niſi quod in conſideratione cognitioneque rerum magnarum defixi: tota mente uiri docti, non quantum debebant ad informandos ad pietatem erudiendosque

que liberos, temporis, laboris & diligentiæ conferunt? Qua discendi cupiditate tam incredibili qui ardent, seque ab illa φιλοσοφγίᾳ (liceat enim hoc loco ponere uerbum Græcum, quando Latinum in mentem non uenit) auocari sentiunt; næ illi & suis studiis & rebus humanis consulerent melius, si tuo, Vuolfi, exemplo à conjugio abstinerent, uitam nemini molestam, multis utilem, sibi iucundam acturi: cum, si fiat secus, contraria omnia accidant. Sed adducti (quæ nostra est in omni uirtutis ac doctrinæ genere hodie perfectio) in eam opinionem iam pridem sumus, *castum seruare se neminem posse*, nec eo cognoscendi, non dico bonas artes & earum procreatricem philosophiam, sed ne res cœlestes quidem, &, qua uitæ æternæ doctrina continetur, scripturam sacram, ardere studio quenquam, ut, præ ea, quam inde percipit uoluptate, coniugii suauitatem aspernetur, aut non magnopere requirat: quod Naturæ autor Deus de Adamo dixit, *Non bonum esse, esse eum solum*, ad omnes prorsus homines, non pueros, & ad tempora quæuis, magno rerum humanarum incommodo ita accommodantes, ut qui uxorem hodie non ducat, non satis obtemperare mandato Diuino

uideatur. Verum hæc diſputanda eruditis relinquamus: nos ad rem redeamus, quam ut complectar breuiter uniuerſam, impeditus ego in ſtudiorum ratione uariè: fortuna partim, quæ me, ut dixi, tenere eum, quem inſtitueram, curſum paſſa non eſt: partim uitæ genere, quo ſum implicatus, adoleſcens propè, ut oſtendi, laborioſiſſimo, progredi eo, quo tu iam dudum magna cum laude perueniſti, Vuolfi, non potui, ut hominum expectatione, & ſcholæ noſtræ fama dignum aliquid elaborarem. Scribere autem, quæ nemo legere dignaretur: ne uolui quidem, ut, ſi conferendum exemplum & explicanda res ſimilitudine ſit, uidear uerè dicturus, eandem in hoc genere rationem eſſe meam, quæ eſſe quorundam dicitur, ad contrahendum matrimonium tardius aggredientium. Quemadmodum enim illi ſe alienum à conjugio habere animum negant, cunctari autem eo ſe aiunt, quod quarum puellarum probentur mores ſibi, expetantque nuptias, earum potiri non poſſint: ab iis autem, quæ nubere ſibi fortaſſe non recuſarent, ducendis abhorreant: Sic ego, inquam, uerè dixerim, à ſcribendo me & juſto metu abſterreri, & judicio certo abſtinere

ſtinere, qui id quod cupiam, tuque expe-
ctas, præſtare me non poſſe, intelligam, iis autem ſcribendis quæ poſſem, quæque nihil neque uoluptatis neque utilitatis lectori eſſe allatura uideantur, oleum operamque perdere nolim. Hic tu iam dudum, audio, inquies? Verum ad me quid illa ſcriptorum ineptorum inſectatio, & rerum tuarum tam prolixa commemoratio? Vrceus itaque pro amphora nobis exit. Multum uero tum ad te, tum ad Demoſthenem hæc, Vuolfi humaniſſime, pertinent. Quia enim me hortatus ſæpe es, ut meas ipſe quoque cogitationes ſcriptis memoriæque mandem: docere uolui te, non tam in eo mihi eſſe facile obſequi tibi, quam tibi eſt præcipere facile. Neque enim id eſſe opis noſtræ, ut poeta inquit: nec ſi eſſet, ita delectari me uel meis, uel mei ſimilium ſcriptis, ut obtrudere ea cuiquam libeat: Quod cum feci, eiusque rationem hanc ueriſſimam reddidi, extare ſcripta ueterum, omni liberali doctrina excultorum uirorum, quæ abunde nobis ſuppeditent, quæ ad eruditionem perfectam comparandam facient omnia: Inde quicquid ingenioſum eruditumque in noſtrorum libris eſt, eſſe depromptum: ad eos, *ceu fontes, eſſe nobis,*

ſi

ſi reſtinguere diſcendi ſitim uelimus, accurrendum, præteritis noſtrorum riuulis, uel lacunis potius turbidis. Hoc (inquam) cum dixi, & quidem non ſine offenſione fortaſſe multorum: nonne Demoſthenem, Scriptorem inprimis uetuſtum, oratorem diſertiſſimum, ut maxime potui, literarum ſtudioſis hominibus commendaui? Quod ſi tu eo aliquid requiris amplius, uino uendibili hædera non eſſe opus ſuſpenſa dicam, nec eſſe uerbis opus, cum rerum teſtimonia adſunt. Quod ſi ne eo quidem contentus argumenta etiam flagitas: accipe, quo ego maximè argumento ductus, tribuendum illi plurimum, & (quæ maxima apud eruditos laus eſt) habendum eum ſummum oratorem putem: PLACET, ſi quiſquam, CICERONI. Quemadmodum autem acutè Quintilianus & uerè dixit, *profeciſſe eum multum, cui Cicero placeat*: ita ego autorem præſtantiſſimum eſſe oportere ſtatui eum, qui placeat Ciceroni, iudicii acerrimi, ingenii excellentiſſimi, eruditionis plane admirabilis, uiro. Placere uerò Ciceroni Demoſthenem, & ita placere, primas ut ei inter omnes, quorum extant monumenta, oratores deferat, unumque ex omnibus eſſe perfectum, & cui nihil deſit, dicere non dubitet:

tet: ex iis quibus plena sunt ipsius scripta elogiis, satis apparet, quæ ego hoc loco colligerem, nisi tu eo me labore iam pridem leuasses. Demosthenem autem cum legendum, ediscendum, admirandum disputo: an non ego tuum in emendando illo studium laudo? industriam in conuertendo prædico? diligentiam in explicando extollo? Non denique quam illi tribuo laudem, eam tecum, qui aditum nobis ad eum intelligendum fecisti facilem, quasique è morte excitatum, in lucem ac uitam edendo toties, protulisti, omnem communico? Perstrinxi ego sanè quidem paulo ante hominum nostrorum in scribendo uel inscitiam, uel arrogantiam, uel temeritatem: uerum illud quid ad te? in cuius lucubrationibus ea, quæ in istis desiderio, omnia sunt summa. Hoc enim ni ita esset, non ego, qui me ab assentatione alienissimum esse, semper uolui, eas ita probassem, autor ut tibi fuissem diuulgandi eas, quas premere tu decreueras. Quare perge, quæ in tanto multorum annorum ocio, tanta librorum optimorum copia, diligentia incredibili, industria summa, memoria prope diuina cognouisti, literarum monumentis mandare,

dare, & *pro liberis* corporis atque oris ſimulachro) *libros nobis* (animi atque ingenii imaginem) homo ἄγαμος relinquere, ne ſi minus id facias, eodem, quo tu me, inertiæ crimine te condemnem. Vale. Auguſtæ 18. Januarii, anno redempti generis humani 1571.

III.

INDEX

SCRIPTORUM AMOEBAEORUM, CONTROVERSIAM DE MONARCHIA SICILIÆ PAPAM INTER ET SICILIÆ REGES NOSTRO HOC SÆCULO AGITATAM CONCERNENTIUM.

Neminem facile fugiet, quantis animorum motibus ab Anno MDCCXI. cum diro anathemate Epiſcopus Liparenſis Nicolaus Maria Tedeſchi nonnullos civitatis & inſulæ Liparenſis Officiales temere perculiſſet, in Regno Siciliæ de juribus regiis diſceptatum ſit, ipſo etiam Summo Pontifice Clemente XI. in Philippum V. eo tempore Siciliæ Regem, ejusque ſucceſſorem Victo-

Victorem Amadæum, hodiernum Sardiniæ Regem gravi ira succenso. Cognitum est, quantæ inde enatæ sint turbæ, quanta exorta non inter Episcopos tantum & Ecclesiarum Præsules, verum etiam integrum Clerum & populum dissidia, quot Ecclesiæ interdicto, uti vocant, vel anathemate oneratæ, quotque omnium ordinum homines exilio mulctati. Novimus etiam, lites istas tandem, cum Sicilia A. MDCCXIX. in Augustissimi nostri Imperatoris Caroli VI. quem Deus servet ac perpetuo sospitet! potestatem venisset, feliciter sopitas, juraque singularia regni vel sic dicti Tribunalis regiæ Monarchiæ contra Pontificia attentata denuo stabilita esse, in pristinum statum cunctis a Papa restituitis. Quum autem Vir quidam, non minus eruditione & prudentia quam dignitate ac meritis maxime conspicuus, occasionem nactus esset An. MDCCXVII. XVII. XIX. & XX. in Sicilia commorandi, ibique non plenam modo omnium rerum ab initio ad finem usque illius dissensionis gestarum notitiam adipiscendi, sed & cum iis, quorum calamis controversia illa agitata fuit, versandi; ea felicitate usus est, ut quo-

rumvis

rumvis scriptorum, utrinque reciprocatorum, quorum nonnulla typis excusa, alia autem ob argumenti rationem publici juris facta haud sunt, compos redderetur, nactus ita justam & consummatam integræ litis historiam, quæ eo est plenior, quod, cum Romæ degeret, omnium huc pertinentium Bullarum, Brevium Apostolicorum, & Manifestorum, quæ vocant, potitus sit, nec non pretiosi rarique supra memorati Episcopi Liparensis operis, hunc titulum gerentis: *Istoria della pretesa Monarchia di Sicilia dal Pontificato di Urbano I. sino a quello di Clemente XI.* fol. Cujus operis quum prima tantum pars lucem viderit, secunda autem, nondum prorsus confecta, propterea in tenebris delitescere coacta fuerit, quod prima etiam, utpote durius scripta, Romæ suppressa ejusque venditio prohibita est, ex illa collectione id, quod in secundo isto Tomo tradi debuisset, facile plena manu atque ex asse suppleri, & hoc pacto integra ejus controversiæ historia concinnari posset. Nosse autem dignissimus horum actorum Possessor gestit, an quis jam de isthac re ex instituto scripserit, præter Cæsarem Baronium Cardinalem in Annalibus Eccle-

Ecclesiasticis, Pontificiis studiosiorem, quam par erat, & contra Hispanis iniquiorem, nec non Du Pinium, auctorem libri: *Defense de la Monarchie de Sicile contre les Entreprises de la Cour de Rome:* anque è re publica & litteraria futurum sit, si isthæc collectanea cum illarum rerum amantibus, hac vel illa ratione publice communicarentur. Eruditorum igitur, in historia præsertim ecclesiastica versatorum, judicium sibi expetit, ac præterea scire desiderat, num aut ea dicta *Istoria della pretesa Monarchia di Sicilia* in Ephemeridibus litterariis recensita fuerit, numque propter plurimas ad CXLVI. assurgentes Bullas, Brevia, Constitutiones, Diplomata, Epistolas aliaque documenta, quibus referta est, quæque singula auctor TEDESCHI è tabulario Pontificio, in quo per quatuor annos versatus fuit, hausit, ex Italico sermone verti atque publicæ luci exponi mereat? Ego uti nullus dubito, Virum Amplissimum & itineribus per nostram Germaniam, Italiam, Siciliam, Hispaniam, in ipsam quoque Africam susceptis, magnam multarum rerum experientiam adeptum, illiusmodi opere ab omnibus idoneis & æquis harum rerum æstimatoribus, maximam initurum esse gratiam, ita

interim, ut mei lectores aliquem ejus guſtum habeant, indicem ſcriptorum amœbæorum iſtam controverſiam concernentium heic ſubjicere operæ pretium eſſe duxi. Silentio autem nequaquam prætermittendum eſt, præſto præterea eſſe Supremæ Curiæ Pariſienſis decretum, oppido commemorabile, quo atro carbone notatæ fuerunt in hac cauſa Romæ typis cameræ Apoſtolicæ An. 1715. editæ ILLUSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI AUDITORIS GENERALIS REVERENDÆ CAMERÆ APOSTOLICÆ LITTERÆ MONITORIÆ, CONTRA COMPULSORES ET VIOLATORES IMMUNITATIS JURISDICTIONIS ET LIBERTATIS ECCLESIASTICÆ IN CIVITATIBVS PANORMI ET MESSANIÆ, NEC NON IN CIVITATIBUS ET DIOECESIBUS CATANIEN. AGRIGENTIN. ET LIPAREN. AC ECCLESIASTICI INTERDICTI, CUI PRÆFATÆ CIVITATES ET DIOECOESES CATANIEN. AGRIGENTIN. ET LIPAREN. SUBJECTÆ REPERIUNTUR ET PRÆSERTIM CONTRA LAICOS DICTARUM CIVITATUM ET LOCORUM ETC. DATÆ DIE NONA DECEMBR. 1715.

Ejus decreti titulum heic adjicio: *Arreſt de la Cour de Parlement, qui ordonne la ſuppreſſion de feüilles imprimées à Rome ſous le titre de* ILLUSTRISSIMI ET REVERENDISSIMI DOMINI AUDITORIS GENERALIS REVERENDÆ CAMERÆ APOSTOLICÆ LITTERÆ MONITORIÆ &c. *avec defenſes de les imprimer, vendre ou debiter, & qui renouvelle les defenſes generales de recevoir ou publier aucunes Bulles Brefs ou Decrets de Cour de Rome Sans Lettres Patentes regiſtrées en la Cour qui en ordonnent la publication. Du* 15. *Janvier.* 1716. *a Paris.*

N. 1. *Allegazioni per la Rivocazione dell' Editto, publicato da' Reverendiſſimi Veſcovi di Catania, Girgenti, e Mazzara, in contemplazione della Lettera Miſſiva della ſacra Congregazione, dell' Immunità, ſopra l' aſſoluzioni ad reincidentiam, ſenza il Regio exequatur. Tradotte dell' idioma Spagnuolo.* (Conſtat pag. 78. fol.)

Part. 1. *Vediamo, ſe la lettera miſſiva del ſommo Ponteſice* CLEMENTE XI. *per via della ſacra Congregazione dell' Immunità, diretta à Veſcovi di Sicilia, contenga materia dogmatica. Part.* 2. *Dell' obligazione, che aſſiſteva alli Veſcovi di Sicilia appreſſo Iddio, e nell faro della conſcienza, di preſentare la*

riferita Lettere della ſacra Congregazione dell' Immunità all' Eſſecutoria del Regno, ò di conſultarla con la medeſima, e ſua Santità. Part.3. Delle Ragioni, e Giuſtizia, che aſſiſtono al Rè, di ritenere la conſaputa Lettera della ſacra Congregazione, per conſultarla con ſua Santità. Part. 4. Delli danni ſpirituali, e temporali, ſche ſarebbero per accadere alle loro Chieſe, Dioceſi, e Regnicoli, ſe non foſſe, per ritrattarſi, o ſoſpenderſi dalli trè Prelati il conſaputo Editto, è loro obligazione, per evitarli. Parte quinta & ultima; Rifleſſioni ſovra alcuni punti, inſinua ti nelle loro conſulte dall' Illuſtriſſimi e Reverendiſſ. Veſcovi di Cataria, Girgenti, e Mazzara.

N. 2. *Propugnacolo della Regal Giuridizione, Protezione della Regalie del Regio Exequatur, e della Regia Monarchia, Patrocinio della Giuridizione de' Metropolitani e de' Privilegi del Regno Sicilia, in Riſpoſta delle rappreſentazioni ſparſe dall' Illuſtriſſimi Signori Veſcovi di Catania, Girgenti, e Mazzara, ſovra l' eſecuzione delle Lettere circolari della ſagra Congregazione dell' Immunità, toccanti à ricorſi, ò Appellazioni delle dichiaratorie di cenſure, riſervate alla ſede Apoſtolica, e dell' aſſoluzione à cautela, ò rilaſſazione per via di nullità, o Ingiuſtizia. (fol. p. 66.)*

N. 3.

N. 3. *Copia di Lettera Scritta da Monsignor Bartolomeo Castelli Vescouo di Mazzara ad un suo Amico: Da questo data in luce su li trattati impressi usciti in riprouazione dell' Editto da lui publicato declaratorio della nullità delle Assolutioni delle censure date da Prelato distinto dal sommo Pontefice, e della consulte spra ciò fatte al Signor ViceRé.* (*fol. pagg.* 154. *Anecdotum notatu dignissimum.*)

N. 4. *Lettera di Desinganno. all' Illustriss. eReverendissimo Monsignor D. Bartolomeo Castelli Vescovo di Mazzara, in risposta di quanto scrive ad un suo Amico in Roma sotto li* 13. *Settembre* 1712. *in sostegno dell' Editto, da lui publicato declaratorio della nullità dell' assoluzione delle Censure, giusta il tenore delle Lettere della sacra Congregazione dell' Immunità date in Roma sotto li* 16. *di Gennaro* 1712. *Scritta dal Congresso di tré Teologi, da lui nominati opposti.* (*fol. pagg.* 47.)

N. 5. *Difesa della Verità a favore di Monsig. Nicola Maria Tedeschi, Vescovo di Lipari, e della Libertà, ed Esentione della sua Chiesa. Contro la Calunnie, e gl' Errori dell' Autore d' una Scrittura Spagnola intitolata: Propugnaculo de la Real Jurisdicion, &c.* Error cui non resistitur approbatur, & veritas, quæ minime defensatur opprimitur.

tur. FELIX PP. III. Epist. ad Acacium. (*fol. pagg.* 96.)

Part. 1. *Relazione di quanto occorse avanti, e doppo la scommunica fulminata da Monsig. Vescovo contro li Catapani di Lipari. Part.* 2. *Violenze fatte in Lipari dall' asserto Commissario della Monarchia di Sicilia, contro la Libertà di quella Chiesa, e la suprema Autorità della Sede Apostolica. Part.* 3. *Ragioni a favore della Chiesa di Lipari, contro la pretesa Estensione della Monarchia di Sicilia.*

N. 6. *La verita vendicata dagli Errori, e Calunnie dell' Autore della Difesa, a favore di Monsignore Nicolo Maria Tedeschi, Vescovo di Lipari, contro l' autore del Propugnacolo &c.* Ostendetur veritas, quæ sine fructu fuit diebus tantis. 4. Esdræ 6. vers. 28. (*fol. pagg.* 115.)

Part. 1. *Sincera notizia dei fatto degli Catapani di Lipari, e del Commissario del Tribunale della Regia Monarchia in quell' Isola, adulterata dall' Autore della Difesa. Part.* 2. *Essame sopra degli Incidenti nelle tre Parti della Difesa, a favore di Monsignor di Lipari. Part.* 3. *Delle nulle, & evidentemente insossistenti raggioni, colle quali l' Autore della Difesa pretende dimostrare l' esenzione della Chiesa*

ſa di Lipari dal Tribunali della Reggia Monarchia di Sicilia.

N. 7. Lettera di Deſinganno per Gl' Ecclesiaſtici delle Diœceſi interdette di Catania e di Girgenti. (MSCR. pagg. 32. fol.)

N. 8. Diſcorſo ſopra gli ultimi Procedimenti della Corte di Roma contro il Regno di Sicilia. CICERO IN VERREM Orat. IV. Hæc, quæ videtur eſſe Accuſatio, mea potius defenſio eſt exiſtimanda: Defendo enim multos Mortales, multas Civitates, Provincias, Siciliam totam. (f. p. 58. anecdotum plane rariſſimum atque ob argumenti gravitatem maximè æſtimandum.)

N. 9. Riſpoſta di Sette Teologi, e Canoniſti al voto ſtampato in Colonia Agrippina nell' Anno 1714. il cui titolo : VOTUM, SEX IN SACRA THEOLOGIA MAGISTRORUM. Diſcutiuntur cauſæ, rationes, & momenta, quibus nonnulli Siculos ab obligatione ſervandi Interdictum, authoritate Sedis Apoſtolicæ in Sicilia latum, liberos aſſerunt. (*fol. pagg.* 53.)

N. 10. Lettera di N.N. al Signor Marcheſe NN. ſovra la note vertenze tra le duce corti di Roma e di Sicilia. Per fatto del Tribunale della Monarchia. Sic factitando probatis vos habere plenitudinem Poteſta-

tis, sed Justitiæ forte non ita: Facitis hoc quia potestis; sed utrum & debeatis, Quæstio est S. BERNHARDI AD EUGENIUM lib. 3. cap. 13. (*fol. pagg.* 56.)

N. 11. *Lettera d'un Teologo, Canonista e Legista Romano. Scritta ad un Dottore Ecclesiastico Siciliano.* (*fol. pagg.* 27.)

N. 12. *Veridica Relatione, e confronto de' procedimenti delle due corti di Roma, e Sicilia nelle note vertenze per fatto del Tribunale della Monarchia. Ristampata in Torino con Aggiunta.* (*fol. pag.* 31.)

Part. 1. *del principio, e progresso delle Contese tra la Corte di Roma, ed il Regno di Sicilia prima che passasse sotto il Domino di sua Maestà. Part.* 2. *De' procedimenti tenutisi dalle due Corti di Roma, e di Sicilia, da poi, che qual Regno è passato sotto il Domino della Maestà hoggidì Regnante.*

Nota delle Memorie accennate nella veridica Relatione, e confronto de' procedimenti delle due Corti di Roma, e Sicilia nelle note Vertenze per fatto del Tribunale della Monarchia.

N. 13. *Relazione veridica, e Sincera, dell' occorso in questo Regno di Sicilia, con Monsignore D. Andrea Riggio, Vescovo di Catania.* (*fol. pagg.* 12.)

N. 14.

N. 14. *Manifesto de Regno di Sicilia fidelissimo al suo Re Philippo V. ed alla S. Sede Apostolica. A Tuttto il Mondo cristiano.* (*fol. pagg.* 11.)

N. 15. *Protesta fatta da Don Giuseppe Molines nell' Real nome di S. M. Catolica, sopra la bolla, che spedi' la Santita' del Papa Clemente XI. e si publico' in Roma A.* 20. *Febraro* 1715. *abbolendo, & annullando il Tribunale della Monarchia del Regno di Sicilia, e sua Apostolica Legazia. E sopra il Breve spedito dalla medema Santità del Papa Clemente XI. e si publicò in Roma à* 23. *di Giuglio dell' istesso anno* 1715. *condonnando l' appellatione, e Protesta, che fece il Procurator Fiscale di quel Regno.* (*fol. pagg.* 14.)

N. 16. Sanctissimi D. N. Domini Clementis Divina providentia Papæ XI. Literæ Apostolicæ in forma Brevis ad Archiepiscopos & Episcopos, nec non universos Christi fideles Regni Siciliæ. Datæ die XXII. Oct. *MDCCXII.* Romæ. 1712. Typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ. (quart. pagg. 8.)

N. 17. Sanctissimi D. N. Domini Clementis divina providentia Papæ XI. Declaratio nullitatis, damnatio, abolitio & reprobatio Edicti promulgati a quo-

dam Delegato asserti Tribunalis Monarchiæ Siculæ nuncupati, super abrogatione Ecclesiastici Interdicti cui R. P. D. Andreas Episc. Cataniensis Civitatem & diœcesin Catan. in actu suæ ab eis expulsionis per manifestum sæcularis potestatis abusum secutæ subjecerat &c. (*MSCR. pagg.* 14.)

N. 18. ad 33. continentur quamplures Bullæ Pontificiæ, eandem rem spectantes.

* * * * *
* * *

Istoria della pretesa Monarchia di Sicilia, divisa in due parte dal Pontificato di Urbano II. fine a quello di nostro Signore Papa Clemente XI. Parte prima in cui si mostra l' origine, e l' Insussistenza di detta Monarchia con Bolle, Diplomi, e altre autentiche Scritture fino al Pontifice Innocenzo XII. Unus sum e multis, qui prophanas vestras novitates, ut possumus, refutamus. S. AUGUSTINUS lib. 6. contra Julianum cap. 8. *In Roma MDCCXV. con licenza de Superiori. fol. pag.* 446. *Capo primo. Origine della Monarchia di Sicilia da un preteso Privilegio di Urbano II. conceduto in Salerno al Contre Ruggero l' anno* 1099. *secondo Gian Luca Barberio,*

Gau-

Gaufredo Malaterra, il Fazello, e altri Autori Siciliani.

Cap. II. Altre ragioni degli autori Siciliani per meglio stabilire la Monarchia di Sicilia fondate in due pretesi Privilegi di Gregorio VII. e di Urbano III. In non essere mai stato ammesso nel Regno alcun Legato, e Nuncio Apostolico dopo l'asserita Concessione. Nella Consuetudine, e Osservanza di 600. e più anni in una dichiarazione del Cardinal Tedeschi Arcivescovo di Palermo, detto comunemente l'Abate Palermitano. In duo Transazioni del Cattolico Rè Filippo II. una col Cardinal Giustiniano, e l'altra col Cardinale Alessandrino, chiamata erroneamente la Concordia Alessandrina. E finalmente nella permissione, e tolleranza della Santa Sede.

Cap. III. Esame del preteso Privilegio di Urbano II. e qual fede meriti la collezione di Gian Luca Barberio, che il diede fuori la prima volta l'anno 1513.

Cap. IV. Quanto sia inverisimile, che il supposto Dipploma si fosse potuto domandare dal Conte Ruggero ad Urbano II. e che questi l'avesse potuto, e dovuto concedere.

Cap. V. Inconvenienza di tal preteso Privilegio, attese le Investiture dell' Isola di Sicilia, concedute al Duca Roberto fratello maggiore

giore del Conte Ruggero da' sommi Pontefici Niccolo II. Alessandro II. e Gregorio VII. e anche dal medesimo Urbano II. al Duca Ruggero figlio di Roberto, e l'ommaggio, e la fedelt à prestata da loro a' sudetti Pontefici.

Cap. VI. Ripugnanza del preteso Privilegio di Urbano II. in riguardo al dominio, che avevano sopra l' Isola di Sicilia, come acquistata con le loro armi dalle mani de' Saraceni, il Duca Roberto, e suoi eredi, e anche per ragione del vassallagio, dato a questi dallo stesso Conte Ruggero, e da' suoi figli.

Cap. VII. Impossibilità di tal preteso Privilegio dedotta dal non esser mai segnito tra Urbano II. e il Conte Rugero alcun Congresso in Salerno, e dal non essere mai questo Pontefice ritornato nel Regno di Napoli dall'anno 1097. *in cui celebrò il Concilio di Bari, sino alla morte, seguita in Roma l'anno* 1099. *nel quale si pretende conceduto da lui in Salerno il Privilegio.*

Cap. VIII. Esame dell' Istoria de' Normanni scritta da Gaufredo; ove fu trovato, in quai luoghi trasportata, e in qual tempo data alle stampe. Qual fede ella meriti, e come sia stata notabilmente alterata e corotta.

Cap. IX. In sussistenza de' pretesi Privilegi di Gregorio VII. e di Urbano III. che si asseri-

asseriscono conceduti al Conte Ruggero, e a Guiglielmo II. Rè di Sicilia. Vanità delle opinioni di Giovanni de Vega, e di Pietro de Luna, date per vere dal Cirino.

Cap. X. Quanto sia contra alla verità e chiarissimamente falso, che la Sede Apostolica dopo il supposto Diploma di Urbano II. mai non abbia mandato, nè tenuto alcun Legato o Nuncio nella Sicilia. S'impugnano gli esempi del Cirino, e di altri, addotti in contrario.

Cap. XI. In tempo di Urbano II. e del Conte Ruggero, a cui pretende si conceduto il Privilegio della Monarchia, e anco nell Pontificato di Pasquale II. suo immediato successore, la S. Sede ebbe i suoi Legati e Nunci Apostolici nell' Isola di Sicilia.

Cap. XII. Segue ciò a provarsi sotto i Rè Suevi dopo estinta la linea de' Rè Normanni.

Cap. XIII. Si prova il medesimo punto sotto il governo de' Rè Angioini, e Aragonesi prima e dopo il famoso Vespro Siciliano, sino alla Convenzione tra le due Sicilie, stabilita dal Pontefice Bonifacio VIII.

Cap. XIV. Si proava l'istessa verità sotto i Rè Aragonesi dopo l'Investitura concedutta da Benedetto XI. a Federigo II. e l'altra di Gregorio XI. a Federigo III. chiamati Rè di Trinacria.

Cap.

Cap. XV. Si continua a provare la medesima verità dal governo di Maria e Martino di Aragona sino alla riunione de' due Regni delle Sicilie di quà e di la Faro sotto il Rè Alfonso.

Cap. XVI. Si conferma quanto si è provato fin quì, co' fatti seguiti dal tempo del Rè Alfonso di Aragona sino al governo de' Rè Austriaci sotto l'Imperador Carlo V. e il Rè Cattolico Filippo II.

Cap. XVII. Vanità dell' asserita consuetudine e Osservanza di sei Secoli, addotta senza alcun fondamento a favore della pretesa Monarchia. Quall vigore ella abbia, quando anche fosse vero, che per più anni vi fosse stata violentemente introdotta.

Cap. XVIII. Insussistenza della decantata Dichiarazione, che si finge fatta dal Cardinal Tedeschi, detto l'Abate Palermitano; e sua difesa tanto in ciè che scrisse, quanto in quello che operò in favore della Sede Apostolica.

Cap. XIX. Quanto sia falsa ed acrea l'opinione, e la voce sparsa nel volgo di una pretesa Transazione in favore della Monarchia di Sicilia; seguita trà Filippo II. Rè della Spagne, e il Cardinal Giustiniano sotto il Pontificato di San. Pio V.

Cap.

Cap. XX. Da Girolamo Catena autore della vita di San Pio V. da una lettera del Cardinal di Corregio allo ſteſſo Pontefice, e da altre di Filippo II. al Cardinale di Granuela Vicerè di Napoli, al Governatore e Senato di Milano, e al Vicerè di Sicilia ſi prova, che il Cardinale Giuſtiniano non iſtabilì coſa alcuna con eſſo Rè in favore della preteſa Monarchia.

Cap. XXI. Nuova invenzione de' Difenſori della preteſa Monarchia nel mettere in iſcena un' altra vana, e comentizia Tranſazione trà il Rè Cattolico e il Cardinale Aleſſandrino, chiamata poi col falſo nome di Concordia Aleſſandrina. Primo argumento della ſua inſuſſiſtenza fondato nel ragionamento, che fece San. Pio V. col commendator di Caſtiglia, nel Breve da lui ſcritto a Filippo II. e nel Memoriale, che Preſentogli in Madrid ilmedeſimo Cardinale.

Cap. XXII. L' inſuſſiſtenza della oſtendata Concordia Alleſſandrina ſi prova dalla lettera ſcritta di ſpagna dal Cardinale Aleſſandrino al Cardinal Ruſticucci, e da altre ſcritte dal Rè Filippo II. al Duca di Terra nova Vicerè di Sicilia dopo già partitione l' Aleſſandrino.

Cap.

Cap. XXIII. Si mostra inoltre l'insussistenza dell' accennata Concordia Alessandrina con la relazione e suttissima, che il Catena fadi quanto trattossi frà il Rè Filippo II. e il Cardinal Alessandrino.

Cap. XXIV. Quanto sia vana, e insussistente l'asserita Concordia, si mostra da ciò che seguì sotto il Pontificato di Gregorio XIII. immediato successore di San. Pio V.

Cap. XXV. Origine della Monarchia di Sicilia, riferita a un Privilegio dell' Antipapo Anacleto II. che dicesi conceduto a Ruggero I. Rè di Sicilia. Si esamina il fundamento, al quale si appoggia questa opinione.

Cap. XXVI. Vera origine della Monarchia di Sicilia, dedotta dalle violenze, e dagli abusi, fatti in vari tempi da' Rè di Sicilia, nemici della S. Sede, e oppressori della libertà Ecclesiastica. I loro attentati introdussero nel Regno un certo preteso jus, mascherato poi col finto, e apocrifo Privilegio di Urbano II. sul cui fondamento nel Secolo XVI. si stese con forma, e sistabilè con autorità Regia il fastoso Tribunale della Monarchia.

Cap. XXVII. Quanto sia stata sollecita e pronta la Santa Sede in condannare e reprimere gli attentati, le violenze, e gli abusi de' suddetti Rè di Sicilia, senza mai lasciar luogo

luogo alla pretesa permissione e tolleranza, che è l' ultima ragione de' Difensori della Monarchia. Quanto Onorio II. Innocenzo II. e III. principalmente in questo si segnalarono.

Cap. XXVIII. Zelo indefesso della Sede Apostolica in condannare, e reprimere gli attentati seguiti in Sicilia, ove Federigo II. Imperadore, e i suoi figli Corrado, e Manfredi ribellatisi alla Chiesa, tentarono di nuovo d' introdurli in quel Regno.

Cap. XXIX. Atti de' Sommi Pontefici per la Libertà Ecclesiastica nella Sicilia dagli ultimi anni degli Suevi sino a Carlo I. di Angiò, e al famoso Vespero Siciliano seguitò l' anno 1282.

Cap. XXX. Segue a provarsi il medesimo assunto dal tempo della occupazione dell' Isola dopo il Vespro Siciliano, fatta da Pietro di Aragona, sino a' Sommi Pontefici Onorio IV. Niccolò IV. e Bonifacio VIII.

Cap. XXXI. Si passa a dimostrare l' istesso colla Concordia stabilita con suprema autorità dal Pontefice Bonifacio VIII. trà Carlo II. di Angiò Rè di Sicilia, e Federigo II. di Aragona Rè di Trinacria, e colla Investitura conceduta al medesimo Federigo da Benedetto XI.

Cap. XXXII. In favore della Sede Apostolica si ricavano nuove prove contra la Monarchia, e contra la pretesa tolleranza da ciò che fecero i Pontefici Giovanni XXII. e Benedetto XII. ne' tempi di Lodovico di Aragona: dalla Concordia trà la Reine Giovanna I. e Federigo III. Rè di Trinacria: e dalla nuova Investitura, che questi ottenne da Papa Gregorio XI.

Cap. XXXIII. Si convalida l'argomento contro la Monarchia, e l'asserita permissione e tolleranza, con riandare i tempi di Maria, e di Martino Rè Aragonesi fautori della scisma di Roberto Gebennense Antipapa, sino alla riunione de' due Regni sotto il Rè Alfonso; e per la serie di tutti gli altri Rè successori.

Cap. XXXIV. Ogni ombra di pretesa sussistenza in favore della Monarchia, e di permissione e tolleranza per parte della Sede Apostolica si distrugge affatto con la confessione spontanea de' Ministri Regi a Ferdinando il Cattolico, a Carlo V. a Filippo II. e III. Rè della spagne.

Cap. XXXV. Vanità, e Insussistenza della supposta permissione, o tolleranza verso la Monarchia di Sicilia, evidentemente mostrata da ciò che sempre ha fatto la Santa Sede per detestare e abolire agni ombra di giurisdizione Eccle-

Ecclesiastica ne' Ministri, e nel Tribunale della medesima sino al Pontefice Innozenzo XII. e al Regnante Clemente XI.

* * * * * * * * *

Adjicere heic juvat, quæ nuperrime in Tabulis rerum novarum, Bernæ hebdomadatim Gallicano idiomate evulgare solitis, ad hanc caussam pertinentia legi, Roma ipsis Kalendis Septembr. hujusce anni scripta:

Sa Sainteté ayant enfin consenti, aux pressantes sollicitations de l'Empereur, de rétablir en Sicile, le Tribunal de la Monarchie, aboli par Clement. XI. & Sa Maj. Imp. souhaitant, ainsi qu'on l'a déja dit, d'en avoir une Bulle, le Pape qui en avoit une toute prête, ordonna aux Cardinaux Corradini Prodataire, & Olivieri Secretaire des Brefs, de la signer. ***Ces Messieurs refusant de le faire; S. S. leur en*** *demanda la raison, qu'ils ne voulurent pas dire sur le champ. Le lendemain Benoit XIII. irrité de ce refus, les fit venir, & redoubla ses instances pour les engager à signer, surquoi ils déclarerent,* ***Qu'ils ne Pouvoient pas le faire en conscience, attendu le PreJudice que cet etablissement apporteroit***

au S. Siege, & qu'ils ne ſigneroient Jamais auſſi la Bulle Accordee au roi de ſardaigne, a cauſe des trop grands Privileges qu'on lui accorde & à ſes Succeſſeurs, proteſtant contre tout ce qui ſe feroit & declarant hardiment qu'ils porteroit l'affaire devant le ſacré College. Le Pape ſurpris de cette fermeté, leur dit: ce ſont moins les Droits du St. Siege que vous conſiderez en cette occaſion, que les Revenus de vos Charges dont vous craignez la diminution. Le même jour, S. S. nomma par Bref Mr. Piaſca Prodataire, & Mr. Majella Secretaire des Brefs, ſeulement pour ſigner cette Bulle, auſſi bien que celles qui ſeront expediées à l'avenir dans la Chambre du Pape, ſans être plus obligé d'avoir recours à ces Deus Cardinaux, qui ſont tres mortifiez de ce contretems.

Die vero quarto Septemb. Romæ itidem hæc nunciata fuere:

On vient de publier la Bulle qui retablit le Tribunal de la Monerchie en Sicile. Elle n'eſt point ſignée des Cardinaux Corradini & Oli-

point

point vieri, mais seulement de Messieurs Piasca & Majella.

IV.

JO. JACOBI BREITINGERI, TIGVRINI. (†)

EXERCITATIO CRITICA

IN

VITAM

A. PERSII FL.

SECT. I.

DE

AVCTORE VITAE PERSI.

In designando hujus Vitæ Auctore abeunt in diversa Critici, nec in quo subsistant inveniunt: quæcunque enim dicuntur, quoniam auctoritate carent, incerta sunt. Alii *Suetonio Tranquillo, Valerio*

(†) Vir hic optimus atque eruditissimus meditatus olim novam A. Persii editionem, Anno jam MDCCXXIII. Tiguri speciminis loco in lucem emisit per-

rio Probo Grammatico alii; alii *Cornuto* tribuunt. Ego quid mihi de hoc sententiarum divortio videatur, hac Dissertatione Critica pluribus exponam.

Sunt qui SVETONIVM TR. hanc Persii Vitam scripsisse perhibent: inter illos est *Barthius Advers. Libr. XI. cap.* 27. *Extat*, inquit, *Persii Vita, quam ego à SVETONIO scriptam suis de caussis existimo*; (sed quæ illæ fuerint scire prodesset) *perperam relatam ad Commentatorem illum sive Annæum, sive secus, Cornutum certe.* Non minori fiducia *Casaubonus* in *Animadv. ad Sueton. Libr. de Illustr. Grammat. Persii Vitam initio veterum Scholiorum positam, fallor, aut alius nemo præter Suetonium composuit.* Pertinaciter id afferunt, ne levissimis quidem rationibus adducti. Dubitanter *Vossius* de *Hist. Lat. Lib. I. cap.* 31. *Pervenere ad nostra tempora illustres Suetonii Grammatici, & aliquot Rhetores, nam melior pars ejus operis deperdita est, uti & pene omnis*

perelegantem in Versus obscurissimos A. Persio Sat. I. citatos Diatriben historico-litterariam, in III. Disquisitionos distinctam, quarum I. versuum illorum auctorem investigat; eaque potissimum Viro perspicacissimo P. Bælio opposita est: II. genuinum illorum sensum exponit. III. Persium ab ἀκρισίᾳ vindicat, a G. J. Vossio objecta.

omnis liber de Poetis. Nam nihil ejus habemus præter Vitam Terentii, quæ non Donati, ſed Tranquilli eſt, usque ad illa verba: Hæc Suetonius Tranquillus: *Item vitam Horatii, quam ei etiam tribuit Porphyrio interpres.* (videſis BARTH. Adv. Lib. LII. 4.) *Adhæc fortaſſe tum Vitam Lucani, tum illam Perſii, quæ veteribus gloſſis præfigitur.*

Verum ego hactenus non intelligo, quo jure, quibus moti rationibus Viri Litteratiſſimi Suetonium hanc Perſii Vitam ſcripſiſſe perhibeant. Mihi profecto ſola auctoritate ſua id nunquam perſuadebunt: ita quidem illis videtur, ſecus aliis. Et ſuppetunt rationes in contrarium bene multæ, quæ nobis iſtud de Suetonio Vitæ Perſii auctore commentum plane ſuſpectum reddunt. Primo enim nullus, quod ſciam, usquam extat, melioris notæ Suetonii ſcriptus Codex, qui hanc Perſii vitam vel exhibeat, vel Tranquillo vindicet, eumque ejus auctorem nominatim laudet. Deinde ad nullum ex omni Antiquitate teſtem provocare poſſunt, qui Suetonium Perſii ſcripſiſſe vitam memoret, vel eam, qualem hodie habemus in ſcriptis ſuis tanquam Suetonii operam commendet: quod certe

à prisco Persii Scholiaste, quisquis is demum fuerit, fuisse neglectum mirari satis non possem, si in ea, quam illi venditant, sententia acquiescerem. Ita hercle non video, quæ reliqua sint indicia, quibus illi conjecturas suas firmare & Suetonium ejus auctorem arguere possint: nisi forte in dictionis convenientia atque concordia sententiæ suæ aliquod præsidium quærant; verum & hic operam ludunt inanem; vix enim quibus Suetonii stylus familiaris est, asperam & incultam hujus Vitæ dictionem ferent. Denique quisquis universam narrationis seriem ac rationem curatius inspexerit, is profecto Suetonio haud infimi subsellii Historico levem hanc operam tribuere juxta mecum dubitabit, integra enim Vita summam in rebus Persii memoriæ dandis incuriam abunde prodit.

Alii inter Eruditos magni nominis Viri veterem Persii Scholiasten passim hujus Vitæ auctorem commendant, eumque vel Cornutum, vel Probum varie appellare solent: Cui ego sententiæ quid obsit, quominus ad eam accedamus, non intelligo: utut enim & ipsa suis rationibus destitui videatur, quoniam ejus auctores nullas hactenus in medium protulere;

eam

eam ego graviſſimis argumentis munire & confirmare annitar. Conſtat autem inter omnes Vitam Perſii in Codicibus manu exaratis paſſim antiquis Scholiis, quæ ſub Cornuti nomine veniunt, præmitti; quod nobis ſuſpicionem movet, utrumque hunc fœtum ab uno eodemque auctore eſſe profectum. Accedit, quod hoc ipſum in Perſii Vita haud obſcure indigitatur; *Et raro & tarde ſcripſit:* HUNC IPSUM LIBRUM *imperfectum reliquit: verſus aliqui demti ſunt in ultimo libri* &c. Convenit inter omnes, Anonymo Scriptori ſermonem eſſe h.l. de Satirarum libro; quem ſuppreſſo nomine digitis quaſi demonſtrat, HUNC IPSUM LIBRUM, ſcilicet quem itidem Commentariis illuſtravimus: quo clariſſime docet Perſii Vitam ab antiquis Scholiis nullo modo ſeparari vel divelli poſſe. Dicant vero mihi, qui Suetonium vel alium præter antiquum Scholiaſten auctorem hujus Vitæ oſtentant, quæ fuerit ratio, quod ille nomen libri, de quo ipſi ſermo eſt, tacuerit, neque plenius expreſſerit, cum tamen vel ipſius teſtimonio conſtet, Perſium in pueritia plures ſcripſiſſe libros: Atque oppido miror a nemine hactenus id animadverſum. Taceo nunc

eandem esse utriusque hujus Centonis hodiernam faciem.

Videtur quidem (neque enim fas est quicquam silentio præterire) huic sententiæ obesse, quod Scholiastes in Commentario ad versum:

Auriculas asini quis non habet?

diversa sentit a Scriptore Vitæ Persii. Hic sub finem hæc habet verba: *Persius Satiras composuit, cum tanta recentium poetarum & Oratorum insectatione, ut etiam Neronem culpaverit, cujus versus in Neronem, cum ita se haberet,*

Auriculas Asini Mida Rex habet.

in hunc modum a Cornuto ipso tantummodo est emendatus,

Auriculas Asini quis non habet?

ne hoc Nero in se dictum arbitraretur. Iste vero in Comment. ad h. v. ita: *Et dicitur Neronem & Claudium tetigisse sub allegoria Midæ, qui aures maximas habuerunt. Denique Persius hoc mutavit, ita ponens:* Auriculas Asini quis non habet? *veritus, ne Nero in se dictum putaret.*

Sed

Sed levior eſt & nullius momenti hæc inter utrumque diſcordia. Egi de hoc commento pluribus in *Diſſertatione*, qua obſcuriſſimos Satiræ I. verſus explano, & abunde docui, integrum hunc Vitæ Perſii apendicem eſſe παρεμβεβλημένον. Præterea mirum & inſolens videbitur nulli, ineptum hujus furfuris Gloſſatorem, qui diverſas diverſorum ſententias atque ſcholia in pannuceos centunculos ſine nomine, ſine judicio, ſine miſeratione dilacerat, ſæpius à ſe diſſidere.

Ita dubium mihi non eſt, Perſii Vitam ab inſigni aliquo ſequioris ætatis Exegeta primo fuiſſe conſcriptam & Commentariis ſuis præfixam; quæ poſtea cum in crudeles manus Rhapſodi illius incidiſſet, qui variorum in Perſii Satiras Scholia, clarum Cornuti nomen mentiens, confuſe conſtipavit, & ipſa vim paſſa fœdeque diſcerpta eſt, qualem nos hodie habemus: Nihil enim ſunt pleræque ejus generis Vitæ, niſi eclogæ hinc inde ex corpore hiſtorico collectæ, adeo nullus ordo in traditionibus eſt, confuſa omnia: vix ſingulis paginis ſingula periodus cohærens præcedentibus & ſequentibus; & hoc genus ſcripta non

pauca

pauca habemus, quæ nonnemo Eruditorum tamen pro legitimis censet.

Quo vero nomine veniat Persii nostri Interpres, quem Vitæ etiam auctorem esse statuimus, æque cum ignarissimis scio: mecum facit Clariss. *Pithœus* in *Præfat. Earum*, inquit, *interpretationum quem auctorem nominatim laudem, non habeo, cum nullum præferat Codex, quo hac parte usi sumus unico: neque vero est dubium, idem & huic accidisse, quod ceteris fere veterum Grammaticorum Glossis & Commentariis, ut ex variorum, diversæ ut ætatis, sic eruditionis interpretum notis conflatum, instar & ipsum Satiræ esset; quin & in antiquo exemplari sæpe me ab initio ex marginum diversitate, interpretationum etiam discrepantia notasse memini. Barthius* quidem & passim Viri docti Cornutum eum nominari contendunt, *Advers. L. XI.* 27. *Cornuti nomine Grammaticum istum agnoscunt membranæ veteres Eliæ Vineti & aliorum; cur vero docti tantopere id nomen aversentur, sane nescio. Auctor merito suo minoris nobis esse non debet, quam quivis vetus exegetes*, & alio loco: *Quod autem Cornutum membranæ eum satis uberem & prolixum Persii interpretem dicant, in eo sane non video, cur nobis dubitandum*

sit,

ſit, cum Cornutus citetur à Cariſio Libro I. loquitur autem non de Annæo Cornuto Perſii noſtri præceptore ac Philoſopho Stoico; ſed de inferioris ætatis Grammatico: *Erratum enim,* inquit l. ſ. c., *in Annæi nomine huic dando non defendam; nam Annæorum familia nobilior, & is Cornutus Philoſophus quam pro Scriptore exponendo aliquo gravior.* Citatur etiam Cornutus Perſii interpres in Paraphraſi Prologi Perſiani, quam *Barthius* ex antiquiſſimo Codice tranſcripſit: verba ita habent. *Cornutus ſcribit, Cæſarem habuiſſe Pſittacum ipſi crebro hoc* (χαῖρε) *iterantem*: quæ in Scholiis ſub Cornuti nomine hodie adhuc extantibus fruſtra quæſiveris: atqui inde liquet, quæ nos hodie habemus, non eſſe integra & genuina priſcorum interpretum ſcholia, ſed centones pro imperitorum arbitrio miſere compilatos. Sunt denique alii haud poſtremæ notæ viri, qui itidem fide membranarum Commentarium in A. PersI Satiras vel Valerio Probo, vel Helenio Acroni tribuere non dubitant: Alter ſcriptus Codex Bibliothecæ Lugduno-Batavæ (utriusque enim variantes ſcripturas pro ſuo in promovendas Litteras ſtudio liberaliter mecum communicavit Vir Clariſſimus PETRVS BVR. MAN.

MANNVS) Commentarium in Satirarum Librum & Vitam Perſii Valerio Probo tribuere videtur: Titulus enim ita habet: VITA PERSII DE COMMENTARIO PROBI VALERII SUBLATA: quod opinionem meam de Auctore Vitæ Perſii, quam ſupra expoſui, mirifice confirmat.

Longe tamen abeſt, ut credam, Viris doctis in mentem veniſſe integra & ſincera, vel Probi vel Acronis in Perſium commentaria, ſcholiis illis contineri: Qui enim rationem eorum præſentem perſpectam habet, facile is intelligit, ex priſcis Grammaticorum commentariis ea eſſe conſtipata à magiſtris ſcholaſticis temporibus jam lapſæ vel in caſum præcipitis Romanæ ævitatis: Deinde quæ habent de crucis ſupplicio & Alamanniæ nomen, aliaque ejus generis nonnulla poſt Conſtantinum Magnum ſcripta eſſe, nemo niſi Hiſtoriæ ignarus negaverit, in quo omnino cum Clariſſ. *Pithœo* facio.

Equidem in tanta auctoritatum rationumque inopia nil temere unquam affirmare ſoleo: quantum vero conjectura aſſequor, clara illa priſcorum Grammaticorum, Cornuti, Probi, Acronis, nomina Scholiis in Perſii Satiras diverſimode impoſita

posita videntur, quemadmodum nos hodie quævis Grammatices præcepta *Donati* nomine insignire consuevimus, quo titulo non auctoris nomen, sed ipsum Librum commendare volumus.

SECT. II.

ANIMADVERSIONES ET CASTIGATIONES IN VITAM A. PERSII FL.

Aulus Persius Flaccus natus est pridie nonas Decembris;„ Fabio Persico, L. Vitellio Coss. Decessit VIII. Kal. Decembris„ Rubrio Mario, Asinio Gallo Coss. Natus in Etruria Volaterris„, Eques Romanus, sanguine & affinitate primi„ ordinis viris conjunctus. Decessit ad VIII. milliarium via Appia in„ prædiis suis. Pater ejus Flaccus pupillum reliquit moriens, annorum„ fere sex. Fulvia Sisennia mater nupsit postea Fusio, Equiti„ Romano: & eum quoque extulit intra paucos annos. Studuit Flaccus„ usque ad annum XII. Volaterris: inde Romæ apud Grammaticum„ Remmium Palæmonem & apud Rhetorem Virginium„ Flaccum. Cum esset annorum XVI. amicitia cœpit uti Annæi„ Cornuti, ita ut ab eo nusquam discederet: a quo introductus aliquatenus„ in Philosophia est. Amicos habuit a prima adolescentia„

Cæ.

„Cæsium Bassum, & Calpurnium Staturam, qui eo vivo juvenis „decessit. Coluit ut patrem Servilium Numanum. Per Cornutum „cognovit Annæum etiam Lucanum, æquævum Auditorem Cornuti, „Nam Cornutus illo tempore Tragicus fuit, sectæ stoicæ, qui libros „Philosophiæ reliquit. Sed Lucanus adeo mirabatur scripta Flacci, „ut vix retineret se illo recitante a clamore, (quin illa esse vera „pœmata diceret.) Sero cognovit Senecam, sed non ut caperetur „ejus ingenio. Usus est ad Cornutum duorum convictu doctissi- „morum & sanctissimorum virorum, acriter tum philosophantium, „Claudii Agaterni medici Lacedæmonii & Petronii Aristocrat. Ma- „gnetis, quos unice miratus est & æmulatus, cum æquales essent, & „Cornuto minores. Ipse etiam decem ferre annis summe dilectus „apud Thraseam est, ita ut peregrinaretur quoque cum eo aliquan- „do, cognatam ejus Arriam uxorem habente. Fuit morum lenissi- „morum, verecundiæ virginalis, formæ pulcræ, pietatis erga ma- „trem & sororem & amitam exemplo sufficientis. Fuit frugi & „pudicus. Reliquit circa H-SXX. matri & sorori; scriptis „tantum ad matrem condicellis, rogavit eam ut daret Cornu- „to sestertia, ut quidam dicunt, centies, ut alii volunt, plus, „& argenti facti pondera viginti, & libros circa septingentos „Chrisippi, sive bibliothecam suam omnem. Verum Cornu- „tus sublatis libris, pecuniam sororibus, quas frater hæredes „fecerat, reliquit. Et raro & tarde scripsit: Hunc ipsum li- „brum imperfectum reliquit: Versus aliqui dempti sunt in „ultimo Libri: & quasi finitus esset, leviter recitavit Cornuto: „& Cæsio Basso petenti ut ipse ederet, tradidit edendum. Scri- „pserat etiam in pueritia Flaccus prætextam & ὁδοιπορικὸν

„librum

librum unum, & paucos in sororem Thraseæ in Arriæ ma- „
trem versus, quæ se ante virum occiderat. Omnia autem „
Cornutus auctor fuit matri ejus, ut ea aboleret. Editum „
librum continuo mirari homines & deripere cœperunt. De- „
cessit autem vitio stomachi, anno ætatis XXX. Sed mox „
ut a Schola & magistris deverterat, lecto libro Lucilii X. „
vehementer Satiras componere studuit: cujus libri prin- „
cipium imitatus est: sibi primo, mox omnibus detrectaturus, „
cum tanta recentium poetarum insectatione, ut etiam Nero- „
nem illius temporis principem culpaverit: cujus versus in „
Neronem cum ita se haberet, „

Auriculas Asini Mida Rex habet. „

in hunc modum a Cornuto tantummodo est emendatus, „

Auriculas Asini quis non habet? „

ne hoc Nero in se dictum arbitraretur. „

Equidem Eruditissimi & immortalis nominis Viri, *Vinetus, Pithœus, Gronovius, Rubenius, Græviüs, Casaubonus* in explicanda & emaculanda hac Vita Persii incerto auctore scripta certatim posuerunt operam: Restant tamen & nobis non pauca ab ipsis vel non animadversa, vel prorsus neglecta, quæ medicam opem poscunt.

lin. 1. *Persius Flaccus)* addunt nonnulli agnomen *Severi:* in qua sententia

Barthius Advers. L. VI. 1. Effuse illos ridet *Casaubonus*. *Bælius* vero eos acriter defendit *Diction. Hist. Crit. Persius not. A. pag.* 2389. „Ce que dit Casaubon ce grand Cri„tique suppose, que ceux, qu'il cen„sure, ont pretendu, que le titre de „*Severus* avoit été donné à Perse à la „maniere d'un surnom de famille, „& sur ce pied-là ils pourroient être „censurez: mais s'ils n'avoient con„sideré ce titre, que comme une „épithete semblable à celle d'*Ar*„*dens* que *Juvenal. Sat. I.* a donné à „*Lucilius*, il n'y auroit point lieü, ce „me semble, de trouver mauvais, „qu'ils eussent eu quelque égard à „l'Inscription de Volterre. Personne „n'a été plus digne, que ce Poete ci „de l'eloge de severité, veu le ton „imperieux des ses invectives & de „ses censures: c'est la raison, que „*Barthius* a donné de cet eloge. On „a eu donc grand tort de lui appli„quer la rigourese reprimende de „*Casaubon*. C'est à *Magyrus* (*Epony*„*mologic. Critic. p.* 648.) que je veux „presentement; car après avoir ra-

porté

porté ces paroles de *Barthius*: *Se-„ verum veteres libri ab auctoritate ca-„ stigandi & invectione in malos mores „ nominant*; il ajoûte, *sed videtur „ huic vanissimo commento occasionem „ præbuisse inscriptio illa memoria avo-„ rum Volaterris inventa, ubi AULI „ PERSII cujusdam octennis pueri fit „ mentio, cui cognomen fuit Severo.„* Debet ergo Magyrus Casaubono hanc invectivam. *Barthius* utrique merito vapulat, si usquam affirmavit Persio cognomen *Severi* ab antiquis inditum, quemadmodum Imperatori Pertinaci ex vitæ austeritate id ipsum impositum legimus apud *Herodianum Lib. II.* 9. Vanissimum prorsus hoc commentum est, omni auctoritate carens. Utrum vero Inscriptio illa Volaterris eruta occasionem præbuerit huic commento, quod Casaubonus & Magyrus suspicantur, valde dubito: Si enim error, cujus auctor Barthius, inde natus esset; quid opus fuisset, ad librorum veterum auctoritatem provocare, vel rationem denominationis a severitate carpendi mores pravos comminisci: ita quoque ante erutam In-

ſcriptionem, nemini quicquam de hoc cognomine Perſii innotuiſſet. Videtur autem *Barthius*, ut æquiſſime elegantiſſimus *Bælius* judicat, longe ab hac mente abeſſe; & hoc tantummodo voluiſſe, Epitheton *Severi*, quo antiqui Scriptores Perſii ingenium frequenter inſignire ac deſignare ſolent, optime in illum convenire, quod nec Caſaubonus, nec Magyrus inficias iverint; & ipſe vitæ Perſii incertus auctor teſtimonio ſuo confirmat: *Sed mox ut a Schola & magiſtris deverterat, lecto Libro Lucilii X. vehementer Satiras componere ſtuduit: — ſibi primo mox omnibus detrectaturus.* Qui locus auctoritate alterius Codicis MSC. Bibliothecæ Lugduno-Bat. ita reſtituendus: *Sed mox ut a Schola & magiſtris* divertit, *lecto libro Lucilii X.* vehementes *Satiras componere* inſtituit: *— ſibi primo, omnibus* detracturus.

lin. 3. *Rubrio Mario) Lipſius* ad Tacitum ſubſtituit *Publico*: & hæc vera Lectio. Codex Bongarſianus, quem Bibliotheca Bernenſis habet, & cujus diverſas ſcripturas debeo Viro Litteratiſſimo

tiſſimo HIERON. STETTLERO legit *Rubro.* corrupte. *Scaliger* in *Animadv. ad Euſeb.* p. 195. a. *P. Rubrio Mario Celſo.*

lin. 7. *Fulvia Siſennia)* Monuit *Pithæus* in quibusdam Codicibus ſcriptum eſſe *Fulvia Siſenna:* ita habet Codex Lugdun. ſupra citatus. Bongarſianus vero: *Fulvia Seſinnia mater ejus nupſit poſtea Ruſcio.*

lin. 8. *Et eum quoque extulit intra paucos annos)* Bongarſianus alter: *qui Perſium quoque extulit & nutrivit intra paucos annos. Efferre* proprium de funeribus, ut vel in pueros notum eſt: inſolens autem videbatur Librario, qui Perſii vitam transſcripſit, hoc *efferendi* verbum; inde natum ineptum iſtud gloſſema.

lin. 10. *Gram. Remmium Palæmonem)* Bongarſianus Codex: *apud Gram. Herennium Palæm.* de quo forte antiquus lapis:

PALAEMON L. L. L. D.
GRAMMA. VEICET. ATQVE. RHET.
SIBI.

SIBI. ET. TVBERONIAE. CONTV-
BERNALI.
ATQVE. BENEMERENTI.
LAPIDEVM. STRVXIT. TVMV-
LVM.

ibid. *Verginium Flaccum*) Cod. Bibl. Lugduno-Bat. *Virginium Flavum.* Bongarsii Liber : *Virginium Flavium.*

lin. 11. *Cum esset annorum XVI. &c.*) Tempus quo Cornuto in disciplinam traditus Persius ipse designat. *Sat. V. v.* 30. *sqq.*

Cum primum pavido custos mihi purpura cessit,
Bullaque subcinctis Laribus donata pependit: &c.
Me tibi suppofui ; teneros tu suspicis annos
Socratico Cornute sinu. - - -

Disputant docti quo ætatis anno Romani prætextam, quam *Persius* h. l. *purpuram* vocat, cum toga pura seu virili commutare consueverint : Constat autem ex hoc loco id factum esse anno ætatis XVI. quod *Suetonius* de Augusto *c.* 8. quoque affirmat. Fallitur proinde *Octav. Ferrarius de Re Vest. L. II. c.* 1. cum ad initium

tium anni XV. refert, motus aucto-ritate prisci Interpretis Juvenalis tunc temporis inediti Bibliothecæ Ambrosianæ: quæ nobis tanti non est: Inferior enim hic scriptor, quam ut in hac caussa arbiter esse possit, quoniam post Caroli Calvi tempora floruit. Videsis *Laz. Bayfium* de *Re Vest. Alt. Manutium* de *Toga Rom.* qui dubitavit, utrum mos ille Imperatorum ætate manserit: Quod nobis Persii exemplo constat. Oportebat hæc pluribus persequi, ut argumentum hoc controversum novis exemplis munirem.

lin. 12. *Annæi Cornuti)* Quæcunque in antiquis Libris de Cornuto Philosopho Persii præceptore memorantur, collegit *Vinetus* in *Præfat.* ad Pseudo-Cornuti Scholia.

ibid. *ita ut ab eo nusq. disced.)* fatetur ipse *Sat. V.*

Tecum etenim longos memini consumere soles,
Et tecum primas epulis decerpere noctes.
Unum opus & requiem pariter disponimus ambo,

 At-

Atque verecunda laxamus seria mensa.

lin. 14. *Cæsium Bassum)* Bongarsii Liber: *Cessium Bassam poetam & Calphurnium.* Codex Lugdunensis: *Cæsium Bassium & Calphurnium.*

lin. 15. *Servilium Numanum)* Codex. Lugd. *Nomianum.* Bongarsii: *Nomanum.* pro *Nonianum;* uti Gronovius legendum censet. Ejus mentio apud *Tacitum Tom. II.* pag. 844. l. 9. videsis *Burmannum* ad *Quintil.* X. 1.

lin. 16. *Æquævum Auditorem)* Codex Lugd. *Equitum auditorem:* forte scriptum erat: *Lucanum, Equitem, auditorem Cornuti.*

lin. 17. *Sectæ Stoicæ)* Scripti mei omnes: *Sectæ poeticæ,* quod quid sibi velit, videant alii.

lin. 19. *Quin illa esse vera poem. diceret)* Glossema hoc est, quo explicantur illa verba: *vix se retineret à clamore.* neque habet Codex Bongarsi alter.

lin. 21. *Duorum convictu doct. &c.)* Bongarsii membrana: *apud Cornutum conjunctum vel amicitia duorum doctissimorum virorum & sanctissimæ vitæ.* forte legendum: *convictu & amicitia.*

lin.

lin. 23. *Claudii Agaterni)* veteres Libri: *Claudii Agaturini*, vel *Agathurnini*. & mox: *Patroni Ariſtotegratis Magnatis*.

lin. 24. *Cum æquales eſſent & Cornuto minores)* Non conſtat his verbis ratio: Neque Perſius eos miratus & æmulatus eſt, quod fuerint Cornuto minores: legendum: *nec Cornuto minores*. Niſi malis ea ad ætatem referre.

lin. 25. *Ipſe etiam)* Conſtanter veteres Libri: *ipſe idem*.

lin. 26. *Apud Thraſeam*) Codex Lugd. mendoſe quidem, ſed proxime vero: *a Petithraſea*: perinde ut olim Manuſcriptus Vulcanii referente *Lipſio* ad *Tacit. Annal. Lib. XVI.* 34. cum quo reſcribo: *à Pœto Thraſea.*

lin. 28. *Formæ pulcræ)* Oſtendant fragmentum marmoreæ tabulæ ex Bibliotheca Cardinalis Sadoleti & Fulvii Urſini absque ulla inſcriptione, in qua Perſii noſtri imaginem ſibi videre videntur: in illam V. Cl. *Jacobus Gronovius Tom. III. Antiqq. Græc.* ita commentatur: Huic etiam tem- „ pori velut oſtenſum modo inge- „ nium Perſii poetæ, addit non exi- „ guam gloriam. Qui itidem extra „

 ur- „

„ urbem natus & educatus, vix duo-
„ decimo demum anno illuc con-
„ cessit; & in præclaras quidem
„ alias amicitias insinuans se, præci-
„ pue delatus in familiaritatem inti-
„ mam Cornuti, huic viro doctissi-
„ mo & * græcis deliciis refertissi-
„ mo, ut hodieque ex libro ** super-
„ stite judicari potest, agglutinatus
„ fuit. Inde quum contigisset, ut in
„ Persio jungerentur poetica & phi-
„ losophia, dictu mirabile est, quanto
„ opere utramque tum passim, tum
„ maxime in paucis, quas reliquit Sa-
„ tiras, otii sui bene positi pignoribus
„ exserere potuerit, tum rem quam-
„ libet optime complexus, verbis
„ notabiliter adstrictus, ut paucis no-
„ taret plurima, & in eligendis sani
„ omnino judicii, unde non pœni-
„ tuit ipsum Isaacum Casaubonum
„ tam copiose exspatiari ad omnia
„ tria illa declaranda, sane cognitu
„ non

* Meminit *Macrobius* Cornuti alicujus Grammatici, quem *Litterarum Græcarum doctissimum* appellat.

** Tribuitur Cornuto Liber περι της των Θεων φυσεως, qui aliquoties sub Phurnuti nomine editus est. Vide *Fabricii Bibl. Græc. Lib. III. c. 15. p. 398.*

non digna magis, quam neceſſaria. „
Ipſe interim in vitæ ſanctitate lau- „
tas opes poſſidens * circa XXX. „
ætatis annum raptus traditur. Et ſic „
bene convenit hæc effigies, quaſi „
ſanguinem denſari & crebreſcere „
incipientem adhuc retinens. Sed „
quam difficile argumentum ſibi „
ponit, qui tabulam marmoream, „
vel faberrime ſculptam reperiens, „
utique ſibi & aliis perſuadere Per- „
ſium in ea conſpici adſpirat? Id ta- „
men dicitur in animum induxiſſe „
Eruditiſſimus Cardinalis *Jacobus* „
Sadoletus, ſcribente *Fabro*, eam olim „
fuiſſe illius, *qui perſuaſiſſimum ſibi ha-* „
bebat, hanc Perſii eſſe effigiem, Gallæo „
teſtante abs ſe edi hanc faciem de- „
pictam *apud Fulvium Urſinum in mar-* „
more. Sic illi anno prioris Seculi „
XCIIX. quum tamen Urſinus ipſe „
anno LXX. allegatis eisdem voci- „
bus de ejus forma ſubnectat; „
Quæ eo libentius adjeci, quod imagini e „
marmore cum Perſii nomen non ſit ad- „
ſcriptum, ex iis potiſſimum Perſii illam „
eſſe „

* Impoſuit Viro cæterum κριτικοτάτῳ Auctor Vitæ Perſii, a quo iſta hauſit.

„ *esse conjicimus*, fine ulla mentione „ Sadoleti. Hedera Satyricis poetis „ ad coronam destinata & hujus ca- „ pillos alligans, refutatur a Persio „ hederas sequaces ad imagines lam- „ bendas aliis remittente. Vultus „ vero immane quantum potest fal- „ lere; & mirum, cur istam virgina- „ lem fere verecundiam formam- „ que modestam ac pulcram non vi- „ derint in Alcibiade.„ Hactenus ille. Tabulam autem hanc Persii imaginem non exhibere, vel hoc unum nobis argumento est, quod Stoici ejus ætatis ipso *Persio* teste *Sat. III. v.* 35. *sqq.* tondi ad cutim solebant:

Quæque docet sapiens braccatis illita Medis
Porticus, insomnis quibus & DETONSA juventus
Invigilat, siliquis & grandi pasta polenta.

Præferunt quidem antiquæ Editiones omnes: *indetonsa juventus*: quod a *Turnebo* & *Casaubono* optimo tamen jure proscribitur, ut ad h. l. pluribus docemus: *Lucianus* in *Her-*

mot.

mot. p. m. 517. de Stoicis: Ἑωρων γαρ αὐτȣς κοσμιως βαδιζοντας, ἀναβεβλημενȣς ἐυςαλως, Φρονλιζοντας ἀει, ἀῤῥενωπους, ἐν χρω κȣριας τους πλειςους ȣ̓δεν ἀβρον.

lin. 29. *Sufficientis. Fuit Frugi.)* Bongarſianus Liber integrum hunc locum ita exhibet: *Fuit pietatis erga matrem, & ſororem, & amitam exemplo. Sufficiens fuit frugi & pudicus.* neque id male.

lin. 33. *Pondera viginti)* Codex Lugdun. *Pondo XX.*

lin. 34. *Et libros circa DCC. Chryſippi, ſive Biblioth. ſuam omnem.)* Ita Codex Bibliothecæ Leidenſis. *Caſaubonus* quidem *Chryſippi* vocem expungit. Diſerte tamen memorat *Suidas* Chryſippum totidem ſcripſiſſe volumina, vel plura etiam, niſi ea rotundo numero efferamus: proinde *Chryſippi* vox minime fuiſſet proſcribenda. Sed ita Perſius ſolos Chryſippi libros habuerit. Quin ergo vel invitis omnibus Libris reſcribimus: *Et libros circa ſeptingentos Chryſippi Et Bibliothecam ſuam omnem.* Et ſana erunt omnia.

lin.

lin. 35. *Pecuniam Sororibus)* ſupra unius meminit. *Bælius Diction. Hiſt. & Critiq. p.* 2390. *Que penſerons nous d'un Hiſtorien, qui dans le même feuillet, où il aſſure deux fois que Perſe, n'avoit qu'une ſœur, remarque que Perſe laiſſa ſon bien à ſa mere & à ſa ſœur, & inſtituta ſes ſœurs ſes heritiéres?*

lin. 38. *In ultimo libri)* Bongarſii Liber optime: *De ultimo libri.*

Leviter recitavit Cornuto) Codex MS. Leidens. *Leviter Cornutus contractavit.* Bongarſianus propius ad verum: *leniter contraxit Cornutus.* Siquidem Satira 6. integra eſt, neque concinniore fine claudi poterat, quam ut hodie finitur, judice Caſaubono. Perſius vero, quis dubitet? plures ſcripſiſſet Satiras, ſi ipſi contigiſſet longiore vita frui: atque adeo veroſimile eſt, imperfectum reliquiſſe Satirarum Librum, nimirum quod novum fuerit adgreſſus argumentum. Cornutus proin novæ Satiræ initium demſit, & ita Librum, qui vivo Perſio ad majorem molem forte excreviſſet, leviter contraxit, *ut quaſi finitus eſſet:* quæ Codicis Leidens. Lectio.

lin. 40.

lin. 40. *Prætextam & ὁδοιπορικων l. u.)* Monet *Pithœus* Codices nonnullos corrupte ita habere: *Prætextam Vescio & opericarum:* ad quam Scripturam proxime accedit Bongarſianī Libri Lectio, quæ aperte: *Scripſit etiam in pueritia Flaccus prætexta veſtitus & cohopertus librum unum.*

lin. 41. *In Sororem Thraſeæ in Arriæ matrem)* Tangit & hæc *Bælius Dict. Hiſt. Crit. p.* 2390. *Moréri fondé ſur ce paſſage s'eſt imaginé fauſſement que c'étoit une ſatire contre Arrie. Car les Critiques ont ainſi corrigé ce texte :* in ſocrum Thraſeæ Arriæ matrem, *ou*, Arriam matrem. *La propoſition* in *eſt equivoque, elle ſe prend quelque fois pour* ſur. *Or pour peu qu'on y prenne garde, on verra, qu'elle doit être entendüe ici de la ſeconde maniere; Car quelle apparence, que Perſe ait écrit de vers contre une Dame, qui étoit de ſes parentes & mere de la femme du meilleur de ſes amis; & fameuſe pour être morte de la maniere du monde la plus heroique, ſelon les ideés de la Secte où nôtre poëte avoit été élevé?* MSS. liber Lugdunens. aperte: *in Socrum Thraſeæ in Arri-*

Arriam matrem: quam Lectionem nos cum viris doctis recipere nulli dubitamus.

lin. 43. *Omnia a. Corn. auct. f. matri ejus, ut ea aboleret)* Cornutus omnem Persii Bibliothecam jure hæredis abstulit. ad quam sine omni dubito ejus Ἀυτογραφα spectabant: Hoc nomine maxime probo Bongarsiani libri Scripturam, quæ ita habet: *Omnia ea ut aboleret Cornutus, mater ejus auctor fuit.*

lin. 44. *Edit. libr. c. mir. h. & derip. c.)* Scripti mei Codices una sententia omnes; *diripere*. Sunt autem hæc verba suo loco mota, quod miror hactenus subolfecisse neminem. Pristina illorum sedes est, post illa verba: *Et Cessio Basso petenti ut ipse ederet, tradidit edendum: editum librum continuo mirari homines & diripere cœperunt.* In hanc rem Consulesis, veterum de Persii Satirarum Libro testimonia.

lin. 45. *Decessit autem v. st. an. æt. XXX.)* Falsam esse hanc supputationem, ac parum diligenter subductas rationes post *Vinetum* & *Casaubonum* notat *Bælius Dict. Hist. Crit. p.* 2392. *Perse nâquit*

nâquit Fabio Perfico, L. Vitellio Coff. *le* 4. *Decembre, & il mourut* Rubrio Mario, Afinio Gallo Coff. *or comme ces Deux Consulats ne sont éloignez l'un de l'autre que de* 28. *ans, il s'ensuit que Perse a vêcu* 28. *ans, à quelque jours près. Ainsi l'Auteur de sa vie supputa trés-mal, lorsqu'après avoir marqué avec tant de precision le jour & l'année de sa mort & de sa naissance, il mit sa mort a l'an* 30. *de son âge. S. Jerôme ne s'est trompé d'autant, mais neanmoins il n'a pas été d'une exactitude assez precise. Il le fait naître l'an* 2. *de la* 203. *Olympiade, & mourir l'an* 29. *de sa vie, le second de la* 210. *olymp. Cela ne peut être vrai, qu'en apliquant sa naissance aux premiers mois de l'année, & sa mort, à des mois plus avances. Or outre que S. Jerôme ne fait point ces distinctions, nous avons vû que Perse est nè au mois de Decembre, & mort au mois de Novembre. Je suis plus surpris de l'acquiescement de Scaliger au calcul de S. Jerôme, que de l'erreur même de S. Jerôme. Scaliger trouve que ce Pere a compté avec raison* 29. *ans depuis le nombre* 2050. *jusques au nombre* 2078.

Il trouve aussi 29. *ans entre les Deux Consulats, que j'ai marquez cidessus; mais il eut mieux fait de n'y trouver que* 28. *Le premier de ces Consulats tombe sur l'an* 34. *de Jesu Christ, le* 20. *de Tibere, & le* 786. *de Rome: l'autre tombe sur l'an* 62. *de Jesu Christ, le* 8. *de Neron, & le* 814. *de Rome. C'est selon la Chronologie de Calvisius.* Frequentes sunt lapsus Librariorum circa numeros, ut norunt, qui scriptos Codices tractant. Constans tamen est h. l. membranarum Lectio. Hinc suspicio, Anachronismum hunc ab ipso vitæ Persii auctore esse profectum.

lin. 55. *Ne hoc Nero &c.)* Bongarsii Membranæ: *ne hoc in se dictum arbitraretur* omissa *Neronis* appellatione: & continuo addunt: *Persius hic diu dubitans utrum militiæ an poeticæ incumberet, tandem ad Satiram scribendam animum applicuit, & cum cœpisset, utramque inchoavit.*

Re-

Remarques de Mr. le Preſident BOUHIER, (a)

Sur la Diſſertation Critique *in Vitam A. Perſii Flacci.*

Sur l'Auteur de cette vie, je ſuis entierement de voſtre avis. Dans le doute neantmoins je ſuivrois volontiers l'inſcription du MS. de Leyde, qui porte, que cette vie a été tirée d'une plus ample, que le Grammairien Probus avoit composée. Il ne faut pas oublier neantmoins, que Voſſius le Pere, après avoir dit en doutant, De Hiſtor. Lat. Lib. I. cap. 31. *que Suetone en étoit l'Auteur, l'a aſſuré poſitivement en ſon Traitté* de Poët. Lat. pag. 41. *Ne pourroit-on pas ſubçonner, que*

Dddd 2 *cette*

(a) Illuſtris JO. BUHERIUS, Senatus Regii Divionenſis Præſes, & Academiæ Scientiarum Regiæ Pariſienſis ſocius, vaſtiſſimæ eruditionis Vir, variis egregiis operibus de orbe literato optime meritus eſt. Eum auctorem agnoſcunt *Lettres pour & contre ſur la fameuſe queſtion. ſi les Solitaires, appellez Therapeutes, dont a parlé Philon le Juif etoient Chretiens.* in 12. Ciceronem quoque de Natura Deorum eruditis obſervationibus criticis illuſtravit, & hoc ipſo anno ejus orationes in Catilinam annotationibus ſuis eximiis ſtipatas edidit.

cette viee est de la façon d'Helenius Acron, auquel les Scholies sur Perse sont attribuées par plusieurs Auteurs raportés par Fabritius en sa Bibliothéque Latine & même par Vossius la Pere, de Analogia Lib. 4. cap. 7. *où il cite un MS. qui la porte ainsi? Cela merite reflexion.* *

Au commencement de la vie de Perse, ou il est dit qu'il naquit Fabio Persico, & Lucio Vitellio Consulibus, *il ne seroit pas hors de propos d'observer, que les MSS. de Vinet portent* Prisco, *comme dans Dion Cassius, & autres cités par le Card. Noris, Epist. Consular. in* Thesaur. Antiq. Roman. Grævii, Tom. XI. pag. 407. *où il montre neantmoins fort bien, que son vrai surnom étoit* Persicus.

Rubrio Mario) Rubrio & Rubro, *sont des mots également corrompus dans les MSS. au lieu de* Publico. *Cela paroit par l'inscription raportée par Gruter MCVI. 7. qui fut posée P. MARIO. L. ASINIO. COS. Ainsi*

* Constans atque certum hoc est, neque Vitam Persii neque prisca in Satirarum Librum Scholia, qualia hodie habemus, sincera atque integra esse veterum Exegetarum scripta; sed potius ex diversis Commentariis compilata ab inferioris ævi Sciolo, quocunque is demum nomine veniat.

Ainſi Scaliger s'eſt trompé, quand dans ſes Notes ſur Euſébe, il a voulu corriger P. Rubrio Mario Celſo.

Natus in Etruria &c.) *Vous auriés pu vous expliquer ſur la diſpute célébre entre quelques Savans, ſur la queſtion ſi Perſe eſt veritablement né à Volterre. Mais apparement vous n'avès pas jugé, que les raiſons de ceux, qui le conteſtent, meritaſſent d'eſtre refutées. En quoi je ſuis bien de voſtre avis.* **

Fulvia Siſennia) *Je ne connois aucune famille Romaine du nom de* Siſennia. *Ainſi de ce fait, & de la varieté des MSS. dont les uns ont* Siſenna, *les autres* Seſinia, *je conclus qu'il faut corriger* Siſinnia. *Vous ſcavés, qu'il y a eu pluſieurs Romains de ce nom.* ***

Remmium Palæmonem) *dans l'Inſcription que vous rapportés ici, & qui ſe trouve*

 auſſi

** Scripſere in hoc argumentum *Ludov. Apreſius* & *Caſp. Maſſa* ſingulares Diſſertationes Italica Lingua, quas latine redditas & Animadverſionibus noſtris illuſtratas in lucem aliquando dabimus.

*** Meminit vero *Tacitus Hiſt. Lib. III. c.* 51. *Siſennæ* Hiſtorici, de quo, ut quidem videtur, Auctor *Dialogi de orat.* c. 23. *Quibus eloquentia tui Aufidii Baſſi aut Servilii Noniani, ex comparatione Siſennæ aut Varronis ſordet.* Præterea *Tacitus Hiſt. L. II.* 8. Centurionem *Siſennam* memorat, & *Annal. II.* 1. *Siſennam* Statil. Taur. Cos.

aussi dans Gruter, & dans les Notes de Scaliger sur Eusébe, je voudrois bien, que vous nous eussiés expliqué, ce que signifient ces Lettres L. L. L. D. F. Je ne trouve ces trois L. qu'en deux autres Inscriptions dans Gruter, sçavoir DCCCCLXVII. 5. *& DCCCCLXIX.* 13. *On les trouve même jusques à cinq fois dans cette derniere. Dans celle de Palæmon, je soupçonne que toutes ces Lettres signifient LIBERTVS LVCIAE LVCIAE DEFVNCTAE. Vous sçavés que dans Suétone il est dit, qu'il avoit été Esclave d'une femme, qu'il ne nomme point, & qu'il avoit ensuite été affranchi. Vous sçavés aussi, qu'il y a eu des familles Romaines du nom de* Lucius. *Je soumets cette conjecture à vostre décision.*

Virgininm Flaccum) Puisque de vos deux MSS. l'un a Flavum, *comme celui de Vulcanius, dont parle Lipse* in Tacit. Annal. Lib. 15. Not. 153. *qui est peut être le même, que celui de Leyde, & l'autre* Flavium, *comme dans celui de Vinet, je ne doute pas, qu'il ne faille corriger* Flavium. *Car ce surnom se trouve aussi de même dans la Liste des Rhéteur, dont Suétone avoit écrit les vies, & qui etoit dans le MS. d'Achille Stace, comme il nous l'assure à la fin de ses Notes sur cet Historien. Il y est appellé aussi* Virgilius, *au lieu de*

de Virginius. *Mais* Virginius *étoit seurement son nom, suivant la judicieuse remarque de Lipse au lieu cité, qui le distingue si bien de P. Virginius Rufus, qui fut Consul sous Neron, qu'il est surprenant que Casaubon les ait confondus, en ses Remarques sur cette vie. Le Rhéteur est célébre par les Eloges de Tacite & de Quintilien.*

Annæi Cornuti) Jean Albert Fabritius a plus amplement encore parlé de ce Philosophe en sa Bibliothéque Greque L. 3. c. 15. p. 389. *Du reste je crois avec Glandorp, que son nom étoit* Anneius, *y ayant eu plusieurs personnes de ce nom, qui ont porté ce surnom de Cornutus. Ce qui me fait croire que nostre Philosophe avoit été esclave de quelquun de cette famille, & ensuite affranchi par lui.*

Calpurnium Staturam) L'Edition de Vinet a Statucam. *Mais je crois avec Casaubon, qu'il faut lire,* Suram. *C'étoit un surnom commun à plusieurs familles Romaines, & entr' autres aux Calphurnius ; temoin celui, qui avoit écrit le Journal de la Vie de l'Empereur Gallien le pere, suivant Trebellius Pollion à la fin de sa vie. Il est vrai que quelques Editions, suivies par Vossius,* De Histor. Lat. Lib. 2. cap. 4. *portent* Palfurius Sura. *Mais les plus anciennes, & les meilleures Editions*

ont Calphurnius, *au raport de Saumaise, &* *cet Historien pourroit bien estre de la même famille, que l'ami de Perse.*

Servilium Numanum) Le MS. de Vinet avoit Romanum. *Mais vous avés raison de corriger* Nonianum. *Vous attribués cette correction à Gronovius. Je ne sçais * en quel endroit il l'a proposée. Mais elle est originairement da Casaubon, sur cette vie, où il l'apelle* Novianus, *par une erreur, qui lui est commune avec beaucoup d'autres Sçavans. Vous cités ensuite Tacite* in Dialog. de oratoribus n. 23. *Mais je ne crois pas que cet ouvrage soit de Tacite. Cet Historien parle encore de Servilius en plusieurs endroits de ses ouvagres, mais sans le nommer par son surnom. Le plus considerable de ces passages est celui cy* Annal. XIV. 19. *que je rapporterai ici, pour essayer de le corriger*: Sequuntur virorum illustrium mortes, Domitii Afri & M. Servilii, qui summis honoribus & multa eloquentia viguerunt; ille orando caussas, Servilius diu foro, mox tradendis rebus Romanis celebris & elegantia vitæ, quam clariorem effecit, ut par ingenio, ita morum diversus. *De toutes les conjectures, qui ont été proposées sur cet endroit, je*

* In Animadv. ad hanc vitam.

je goute le plus celle de Lipse, qui lit : & quem elegantia vitæ clariorem effecit. *Mais sans recourir à cette transposition, j'écrirois :* at elegantia vitæ quem clariorem effecit, ut par ingenio &c. *Au reste Mr. Burmann, en sa Note sur Quintilien, que vous cités, paroit fort embarassé à sçavoir, surquoi Onuphrius Panvinius, Almeloveen, & le P. Hardouin ont donné au même Servilius le nom de* Rufus. *C'est une bevüe de Panvinius, qui a été inconsidérement suivie par les autres, suivant que l'a remarqué Mr. le Card. Noris, en son Epistre Consulaire,* Antiq. Rom. Græv. Tom. XI. pag. 410. *Almeloveen, en ses Fastes Consulaires,* Part. I. pag. 70. *se trompe encore, quand il lui donne un autre surnom, sçavoir celui de* Geminus, *le confondant avec d'autres Servilius, qui l'ont porté, & qui ont été pareillement Consuls au tems de la République.*

Sectæ Stoicæ) Le MS. de Vinet, semblable aux vostres, portoit aussi Poëticæ. *Mais il est evident que c'est une faute, comme l'avoit déja remarqué Vossius,* de Poët. Lat. pag. 43.

Quin illa esse vera poëmata diceret) Je suis bien aise que ces mots ne se trouvent pas

en l'un de vos MSS. Car ils me paroissent fort suspects.

Claudii Agaterni) il faut corriger, Agathemeri, *suivant la remarque du sçavant Reinesius*, Inscript. pag. 610. *au Sujet d'une Inscription Gréque, qui se trouve aussi dans la Collection des Marbres d'Oxfort*, pag. 77. *de l'Edit. de Prideaux. Dans ce qui suit le MSS. de Vinet avoit :* Patronis Aristocratis Magnatis. *Mais il faut suivre l'Edition de Pithou, lequel atteste, que l'un de ses MSS. porte:* Magnetis, Aristotelici -- *C'est qui n'est pas à mepriser.*

Apud Thraseam) La Correction, que fait ici Lipse me paroit indubitable. Elle est aussi de Casaubon sur cette vie.

Sufficientis. Fuit frugi) L'Edition de Vinet porte: Fuit pietatis erga matrem & sororem & amitam eximiæ. Sufficiens fuit, frugi & pudicus. *In quo, ni fallor, latet vera lectio. Legendum enim suspicor :* Sufficienter fuit frugi & pudicus. *Confer illud Horatii, II. Sat. VII.* 3. Et frugi quod sit satis. *Nihil tamen definio.*

Reliquit circa H-S. XX.) C'est ainsi qu'il faut lire. Mais il n'est pas inutile de remarquer, que les MSS. de Vinet portoient: Sestertia vicies. *Il faut voir Casaubon sur cet*

en-

endroit, où il montre, que peu après on doit lire centum, *au lieu de* centies. *Cet endroit au reste fait voir, qu'il n'est pas vrai, comme on le croit communement, que le neutre pluriel* Sestertia *ne se trouve, que dans les Poëtes. Ensuite, dans les MSS. de Vinet il y a:* ut volunt alii, pluries. &c. *Ces derniers mots ne se trouvent pas dans les autres editions. Du reste en ce qui suit Casaubon avoit deja changé* pondera *en* pondo. *J'oubliois de remarquer, qu'au lieu de* Scriptis tantum ad matrem Codicillis, *l'Edition de Vinet porte,* tamen, *& cette leçon me paroit préferable.*

Libros circa Septingentos Chrysippi) L'Edition de Vinet est conforme à vostre MS. Et il est vrai, que suivant Diogéne Laërce, aussi bien que suivant Suidas, ce Philosophe avoit laissé à peu près autant de Volumes. Mais si l'on conserve ce mot Chrysippi, *il faudra supposer, que ces volumes composoient toute la Bibliotheque de Perse, comme vous le remarqués fort bien. Ce qui n'est point vraisemblable. Ainsi je proscrirois plustot* Chrysippi, *comme les MSS. sur lesquels ont été faites les editions de Pithou & de Casaubon.* ⁂ *Pe-*

⁂ Persium Chrysippi libros in magno pretio habuisse, dubium nulli: cujus etiam nomen scriptis suis celebravit: *De-*

Pecuniam sororibus) Il est plus naturel de penser, que c'est le premier de deux passages, qui est corrompu, puisqu'il ne s'y agit, que du changement d'une Lettre, pour le rétablir, en lisant Sorores, *au lieu de* Sororem. ⁂

Et raro & t. scripsit) J'aimerois mieux scriptitavit, *comme en l'Edition de Vinet. Et je lirois aussi volontiers dans ce qui suit:* Hinc ipsum librum imperfectum reliquit, *au lieu de* hunc. *Cela veut dire:* de la vient, qu'il n'a pas mis la derniére main à ses Saty-

- - - *Depunge, ubi sistam*
Inventus, Chrysippe, tui finitor acervi.

Constat autem nobis fide gravissimorum Auctorum Chrysippum totidem scripsisse libros, quot in Persii Bibliotheca ab Auctore vitæ extitisse memorantur; ita ego vix adducor ut credam *Chrysippi* vocem esse expungendam, neque quomodo in aliquot eosque haud pessimæ notæ Codices irrepserit, ulla dari poterit idonea ratio. Neque opus est vim h.l. inferre, levissima τῶ *sive* in & mutatione integra erunt omnia.

⁂ Et ergo plures Persio Sorores tribuere non dubitarem, si semel unius tantum meminisset Auctor Vitæ. Prior locus ita habet, *Fuit pietatis erga matrem & Sororem.* &c. Facilis hic librarii lapsus; at non æque in altero illo: *Reliquit circa H-S XX. matri & sorori.*

Satyres. Et en effet l'on voit dans la suite que Cornutus & Cæsius Bassus prirent soin de les retoucher. Hunc *supposeroit, que l'Auteur de cette vie, est l'ancien Scholiaste. Ce qui n'est pas bien assuré.* ***

In ultimo libri) *Les MSS. de Vinet s'accordent ici aux vostres, & leur texte me paroit meriter la préférençe. Du reste je lirois ainsi tout ce passage:* Versus aliqui dempti sunt de ultimo libri, ut quasi finitus esset. Leviter retractavit Cornutus, & Cæsio Basso petenti, ut ipse perficeret, tradidit edendum. *Vos MSS. m'ont fourni,* ut quasi, *& ensuite* Cornutus, *qui se trouve aussi dans ceux de Vinet. De* recitavit, *qui est dans ces derniers, & dans ceux de Pithou, & de* contrectavit, *ou* contraxit, *qu'on voit dans les vostres, j'ai forme* retractavit, *qui tient de l'un & de l'autre, & qui signifie la*

*** Etsi vero hanc emendationem admittamus, quod ego non vehementer recuso: Erit tamen h. l. nobis argumento, Vitam Persii ab antiquo Scholiasta esse scriptam: Siquidem & post hanc Emendationem nobis integrum est quærere, quæ alia fuerit ratio, quod Auctor Vitæ nomen Libri Satirarum, de quo ipsi sermo est, his verbis IPSVM LIBRVM tam leviter indigitaverit. Sed & vulgata Lectio bene se habet.

la même chose, que recenſuit. *L'adverbe* leviter *demandoit cela.* Perficeret *eſt tiré de l'Edition de Vinet, & ſignifie corriger.* Ederet *etoit trop voiſin d'*edendum.

Et paucos Sororum Thraſeæ &c.) La correction, que vous admettez, a été proposée par Caſaubon avant tout autre, & me paroit trés bonne, ſupposé que cet endroit en ait beſoin. Mais le MS. de Vinet offre cette leçon, qui n'eſt pas moins bonne: Et paucos uxori Thraſeæ in Arriam matrem fecit verſus, quæ ſe ante virum occiderat. *Elle eſt même meilleure, en ce qu'elle oſte l'équivoque du* quæ, *qui ſuivant la correction de Caſaubon pourroit ſe raporter à la femme de Thraſea. Ainſi je l'adopterois trés volontiers.*

Omnia a. Cornutus &c.) Je ne penſe pas que le don de Livres emportât de droit celui des Ecrits de Perſe. D'ailleurs Cornutus étoit ſans doute plus capable de juger de leur mérite, que la mere du Poëte. Neantmoins le mot ea, *qui je trouve dans voſtre MS. me plait fort, & je le crois même neceſſaire, affin de reſtraindre cet avis de Cornutus aux ſeuls Ecrits, dont on vient de parler. Je lirois donc ſeulemert:* omnia autem ea mater ejus ut aboleret, Cornutus auctor fuit. *comme en l'Edition de Vinet, de laquelle je retran-*

che

che seulement magister ejus, *qui me paroit une glose.* ***

Edictum librum.) J'approuve fort la transposition, que vous faites de ce passage. Du reste Casaubon avoit deja montré, qu'il falloit lire, diripere.

Anno ætatis XXX.) Il n'y a pas d'apparence, que l'Auteur de cette vie ayant été assés exact, pour marquer non seulement l'année, mais même le jour de la naissance de Perse, & celui de sa mort, l'ait été assés peu, pour n'en pas supputer au juste l'intervale. Il *vaut mieux rejetter cette faute sur les Copistes, qui ont étrangement défiguré cette vie, comme l'atteste Vinet, & comme nous le reconnoissons par nous même. Je ne ferois donc aucune difficulté de corriger XXVIII. Pour ce qui est de St. Jerôme, je n'y voudrois rien changer, par ce que lui, ou Eusébe son Auteur ayant bien d'autres supputations à faire, ont aisément pû s'équivoquer sur celle cy.*

Sed

*** Quis dubitet, Cornutum cum Bibliotheca Persii simul omnia ejus scripta abstulisse? quod ipsum Autor vitæ Persii affirmare videtur, quando memorat, Persium scriptis ad matrem Codicellis, eam rogasse, ut Cornuto præter DCC. Chrysippi Libros, Bibliothecam suam OMNEM daret: Cornutum autem sublatis omnibus libris pecuniam sorori ejus reliquisse. **Nihil tamen definio.**

Sed mox ut à Schola &c.) Hæc suo loco mota esse palam est; Ego reponenda esse censeo post ista: A quo introductus aliquatenus in Philosophia est. *Quod miror Casaubonum non animadvertisse.*

V.

VIRO CLARISSIMO
ATQVE
DOCTISSIMO
FRIDERICO JACOBO BEYSCHLAGIO
GYMNASII SVEVO HALENSIS ADJVNCTO ET AD ÆDEM S. MICHAELIS CATECHETÆ OPTIME MERENTI
AMICO EXOPTATISSIMO
S. P. D.
JO. GEORGIVS SCHELHORNIVS.

Εὕρηκα, εὕρηκα! inveni, teneoque in Te, Vir Præstantissime, meum IRENÆVM BIBLIOPHILVM, tamdiu frustra quæsitum, totque mihi antehac votis ardentissime desideratum. Imo, quæ Tua est insignis humanitas, ac mea felicitas, Te inter

inter amicos mihi conjunctissimos lætus jam numero. Plurima meis inde studiis haud abs re promitto commoda, cum præsertim jam in Tuis eruditionis & gratiarum plenissimis varia notatu digna me docueris. Proin multum literatissimo atque celeberrimo Krausio, quod suo indicio in novorum literariorum tabulis Te mihi primus prodiderit, debeo. Cumque literis meis publice ad Te superiori anno datis id ipsi elicuerim, æquum & justum esse arbitror, ut publice etiam, quam jucundum quamque acceptum Te propius jam nosse mihi sit, declarem. Crede mihi, optime BEYSCHLAGI, haud facile mihi unquam quicquam Tui, talis tamque egregii Viri, quem nondum etiam mihi nominetenus cognitum feci maximi, notitia accidisse gratius, & quod de vera amicitia ex vero Valerius Maximus (a) pronunciavit, de mea quoque Tibi persuasum habe: *Amicitiæ vinculum potens & prævalidum, neque ulla ex parte sanguinis viribus inferius: hoc etiam certius & exoptatius, quod illud nascendi sors fortuitum (b) opus,*

(a) Lib. IV. Cap. 7.

(b) Absit vero a me quam longissime, ut providam optimi Numinis curam ab hoc opere excludam.

opus, hoc uniuscujusque ſolido judicio incoacta voluntas contrahit.

Hac vero occaſione ſimul quædam Tecum, Tibi forte non ingrata futura, communicare juvat, & primo quidem brevem vitæ M. Antonii Flaminii deſcriptionem, a Joachimo Camerario concinnatam, eque libro rarius obvio, cujus ad obſervationum Tuarum trigam, Bibliothecæ Bremenſi inſertam, Celeb. Haſæus (c) meminit, a me petitam. Integer libri ſuperiori anno e Bibliotheca Riviniana Lipſiæ plus licitantibus vendita a me redemti titulus hic eſt: *Epiſtolæ aliquot M. Antonii Flaminii de veritate doctrinæ eruditæ & ſanctitate religionis, in Latinum veterem ſermonem converſæ ex Italico bodierno, nec non narrationes de Flaminio, & aliis quibusdam, cognitione bonarum & opt. diſciplinarum ac artium & pietatis Studioſorum non indignæ: editæ a Joachimo Camerario. Noribergæ in officina Dieterichi Gerlacii.* MDLXXI. in 8. In dedicatione ad Georgium Ludovicum Hutenum ſe de Flaminio, quæ ſcripta reperire & fando cognoſcere potuerit, narratione

(c) Claſſ. VII. p. 931. add. p. 582.

ratione ſua proſecutum eſſe Camerarius teſtatur. En ergo Tibi ea, e laudato libro a me decerpta. „ M. Antonius Fla-„ minius patria Foro Cornelienſis, etſi,„ quidam neſcio quo in caſtello regionis„ Venetæ hunc natum eſſe tradidere: „ cum illuc potius puerum parvulum,„ hunc perveniſſe verum eſſe exiſtimetur,„ cum patre fugiente turbulentam diſſen-„ ſionem civium ſuorum. Hic igitur no-„ ſtra ætate inter doctos viros Italiæ no-„ men habuit præcipuum, & fuit in ad-„ miratione non ſolum excellens inge-„ nium ipſius, ſed incredibile etiam Stu-„ dium tam certæ rerum cognitionis,„ quam diſertæ & propriæ verborum elo-„ cutionis. Itaque non facile reperies,„ quem huic laude doctrinæ eruditio „ niſque eximiæ anteponeres. Non„ ille temere aut inconſiderate opinio-„ nem ullam ſententiamve admittere,„ complectique animo ſuo, neque pro-„ nunciare concepta oratione experte,„ autoritatis eorum, quos pure & emen-„ date atque adeo eleganter locutos eſſe,„ conſtaret. In qua tamen parte adeo,„ verecunde circumſpectus fuit,ut Italicæ,„ linguæ vulgati exponere cogitationes,„

 „ſuas,

„ſuas, quam Latinæ incorrupto ſermone „maluerit, quaſi ſibi non confideret ea „facultate hujus, quam comparare ipſe „potuiſſet. Verſus tamen Latinos eos „compoſuit, quos docti & eruditi omnes „ſummopere probant atque ſuſpiciunt, „& expoſuit cogitationes ſapientiæ ac „pietatis oratione diſerta atque elegante. „Sunt in medio epiſtolæ quædam illius, „quibus mirabilis diligentia declaratur, „perquirendi & ſequendi intelligentiæ „& loquentiæ veritatem.„ Poſt hæc epiſtolam Flaminii copioſe & erudite ad Ludovicum Calinum ſcriptam, aque ſe in Latinum ſermonem converſam Camerarius exhibet, in ea ſeſe perſpicue & honeſtam voluntatem, & cogitationes rationesque explicatas, atque ſapiens & rectum judicium de bonæ & luculentæ orationis ſpecioſa copia oſtendere cenſens. Ad Flaminii deinde mentionem reverſus ita de eo pergit. „Is cum veram ac ſalutarem ſapientiam eſſe ſtatuiſſet cognitionem & ſcientiam ſacrarum literarum, „id eſt, rerum divinarum verbo Dei æterno proditarum, ita animum ſuum „applicuit ad commentationes ſanctarum ſcripturarum, & inprimis Davidicum

cum Psalterium, cum interpretandum,, explicandumque, tum translatum in ver,, sus, celebrandum sumsit. Ad quod ge-,, nus cum placuisset ei quasi fructus in-,, genii sui & operas partæ eruditionis at-,, tribuere, ita se diversis in carminum,, formis argumento leviore exercuit,, antequam opus illud gravius in manus,, sumeret. Cumque abs sese composita,, judicanda aliis traderet, quos eruditio-,, ne doctrinæ præstare cæteris arbitratus,, esset, & admonitiones horum libenter,, admisit, & de illis studiose disseruit, &,, suas rationes libere exposuit. Neque,, voluit etiam vel unum verbum temere,, abs se usurpari, sed in hoc omnibus mo-,, dis incubuit, ut sua omnia veritate ni-,, terentur. Quæ attentio atque diligen-,, tia ut in hoc studio requiritur, sic ne-,, quaquam frequentari, studiumque opti-,, marum disciplinarum & artium jam te-,, pere, vel omnino etiam frigere depre-,, henditur. De communicatione enim,, familiari scriptorum, & benevolentiæ,, hac in parte mutuæ experimento tristis,, est cogitatio & confidentiæ & diffiden-,, tiæ. Quod & sibi scriptores fere tri-,, buunt ipsi omnia, & aliorum monita,,

„vix unquam boni consulunt, & secundumHoratium: nescire ipsi quoque prave, quam discere malunt.„ Ad demonstrandam autem curam & vigilantiam adeoque probitatem Flaminii ista in parte exhibere epistolas quasdam ipsius ad Basilium Zancum, Ulyssem Bassianum, & Galeassium Florimontem episcopum Aquinatem Camerario visum fuit, quibus dein sequentia subjecit. „Plane & perspicue demonstratum esse confido veritatem sententiæ de M. Flaminio meæ, quoad judicium ipsius de sermonis Latini proprio & puro usu, & litterarum scientia, & elegantia loquendi. Ad rerum autem cognitionem atque disciplinam, nec non vitæ degendæ rationem & modum quod attinet, itemque hac in parte consiliorum actionumque ejus laudem ac constantiam, quo ille direxerit curriculum suum, & quem finem sibi proposuerit, nimirum cœlestis doctrinæ & fidei Christianæ studium, desinens in veneratione pia religiosaque Dei æterni & habens terminum animarum salutem: ejus supra quasi a prætereunte brevis mentio facta est. Et quoniam de his ipsis plus verborum fieri non duximus

mus alienum, ideo quæ potuimus de„ ipſo ex ejus aliorumque ſcriptis quaſi re-„ ſciſcere, ea libuit hoc loco exponere,„ tanquam teſtimoniis quoque epiſtola-„ rum ejus, ſicut antea fecimus, deinde„ productis. Fuiſſe M. Flaminii patrem„ Johannem accepimus, virum doctiſſi-„ mum & bonarum litterarum artiumque„ facultate ac copia præſtantem. Qui„ cum ſe ad imitationem ſcriptorum Ci-„ ceronis contuliſſet, hoc conſecutus„ fuit, ut oratio ipſius non ſolum pura„ & elegans inprimis, ſed ornata quoque„ eſſet atque ſplendida. Hic multis an-„ nis Bononiæ docuit, ibidemque obiit„ mortem Anno Jeſu Chriſti MDXXXVI.„ In cujus ſepulchro perſcripta hæc fue-„ re: JOANNIS ANTONII FLAMINII„ FORO CORNELIENSIS VIRI DE„ UTRAQUE LINGUA B. M. OSSA (*d*).„ Ab hoc Marcum filium ad ſimilem„

 „lau-

(*d*) Extat inter M. Ant. Flaminii ſelecta carmina' quæ cum aliis Theodori Bezæ poematum editioni ſe- cundæ, ab ipſo auctore recognitæ, Henricus Stepha- nus adjecit, p. 153. unum ad Joannem Antonium Fla- minium patrem morientem, quod hic addere haud piget:

Vi-

„laudem & ejusdemmodi decus fuisse „educatum institutumque eventus scilicet declaravit, & ex iis, quæ commemorata sunt, liquido patet, & extant egregia „scripta ipsius, non solum carminum, sed „philosophica quoque, & in his Aristotelicorum librorum paraphrases. Sed „in studium pietatis religionisque sanctæ „cum hic penitus incumbendum statuisset, omnem eruditionem partam labore & industria sua, omnemque ingenii vim huic proposito inservire famularique voluit, & sententiæ veræ „de rebus divinis, & curæ secundum „præscripta patefactæ voluntatis Dei „æterni vitam agendi in terris subjecit cogitationes rationesque suas, denique dicta atque facta universa. Amplissima præ-

Vixisti genitor bene ac beate,
Nec pauper, neque dives, eruditus
Satis, & satis eloquens, valente
Semper corpore, mente sana, amicis
Jucundus, pietate singulari.
Nunc lustris bene sexdecim peractis,
Ad divûm proficisceris beatas
Oras. I genitor, tuumque natum
Olympi cito siste tecum in arce.

præmia ſcriptorum ſuorum oblata re-„
pudiavit,tantumque abeſt,ut divitiarum„
aut ſplendoris ſpem cupiditatemve tan-„
quam fructum ingenii & doctrinæ ſecu-„
tus ſit unquam. Potuit ei epiſcopi mu-„
nus & dignitate excellens & emolu-„
mentis opimum contingere. Quod for-„
tunæ beneficium, aliorum judicio ma-„
xime expetendum, Flaminius averſatus„
conſtantiſſime refutavit. Fundamen-„
tum autem fidei Chriſtianæ cum ſoli-„
dum illabefactatumque teneret, de ex-„
ſtructionibus quibusdam ſupra illud„
ipſum fortaſſe quæri poſſe videatur. In„
qua quidem parte peroptandum erat,ut„
eſſemus cum attentiores tum manſue„
tiores univerſi. Eſt enim ante oculos„
quorundam nefaria crudelitas & vio-„
lenta ſævitia in omnes diſſentientes ab„
iis, quæ ipſi approbaverunt. Inque eos,„
qui non ſimpliciter cum ipſis concor-„
dant, non ſolum inhumani ſed plane in-„
fenſi reperiuntur, extincta & patientia,„
& caritate, quæ ſunt lumina vitæ Chri-„
ſtianæ clariſſima. Non autem loquor„
modo de iis extructionibus, quarum„
fundamenta diverſa atque diſcrepantia„
ſunt. Horum enim autores nullo modo„
conjungi neceſſitudine aliqua poſſunt,„

 ac,„

„ ac hoc potius ſeparari diſſidio perpe-
„ tuo neceſſe eſt. Atque eſt iſta in parte ve-
„ ritatis hoſtis falſitas, neque deſinit hæc
„ illam acerbitate maxima odii & imma-
„ nitate afflictionum perſequi, & omnibus
„ viribus ſuis infeſta premere. Qualis in
„ hoc mundo ſemper fuit, eſt, & erit do-
„ ctrina cœleſtis & æternæ veritatis,
„ quam fidei Chriſtianæ ſolius eſſe ſciunt
„ atque norunt illius diſcipuli in eo cœtu,
„ qui Dei æterni Eccleſia appellatur.
„ Quam his temporibus cruenta inſecta-
„ tione crudeliſſime exagitat Romanenſis
„ factio & Mahometica barbaria, inque
„ confeſſionem veritatis habet paratos
„ laqueos & ignem ferrumque expedi-
„ tum, eousque etiam progrediens furo-
„ re immanitatis ſuæ, ut ne mortuorum
„ quidem ſepultorumque cadaveribus
„ parcat. Quem ipſum furorem M. Flami-
„ nii viri doctrina ac pietate præſtantis, &
„ veritatem a verborum diſputatione ad
„ actionum decus deducentis (id quod
„ veterum quidam opus eſſe ſcripſit Deo
„ æterno inprimis gratum) hujus igitur
„ corpus quoque furoris illius impetum
„ morte obita corripuiſſe, memini audire
„ me, qui perhiberent & affirmarent. Sed

„ hi

hi rumores diſſipati ſcilicet fuere ab „ odio Pontificis Pauli III. Theatini, qui „ iſtud conſilium cepiſſet,ut Flaminii cor- „ pus erutum de buſto, in profluentem „ curaret projiciendum. Id tamen non eſ- „ ſe factum accepimus, ſive aliquorum „ admonitione Pontifice delinito, ſive „ cum deferveſcente animi impetu ſua „ ipſe ſponte ſententiæ iſtius aſperitatem „ mutaſſet. Creditum autem eſt, nocuiſſe „ apud iſtum Pontificem Flaminio neceſ- „ ſitudinem & familiaritatem, quæ ei cum „ Reginaldo Polo Cardinali Anglo fuiſſet „ maxima, in ſumma voluntatum & ſtu- „ diorum conjunctione. Mirifice autem „ fuiſſe Pontificem iſtum Polo infeſtum „ traditur, & propter ipſum cunctis neceſ- „ ſariis & amicis ejus valde iratum. Irrita- „ tus autem adverſus hos ille putatur, po- „ tiſſimum indignatione, quod doctrina „ erudita ab illis ſingulari cura atque dili- „ gentia coleretur, ab omni liberali diſci- „ plina ipſe alienus & bonarum artium „ cognitione abhorrens, & horridæ cu- „ juſdam atque ſuperſtitioſæ vitæ ratio- „ nem ſequens. Etſi fieri poteſt, ut Flami- „ nius ideo etiam ei diſplicuerit, quod „ animadvertiſſet hunc veritatis cœleſtis „ puræ „

„ puræ doctrinæ esse Studiosiorem. Qui
„ cum post adolescentiæ ætatem in Patavina schola auctus doctrina, & nominis
„ aliquam celebritatem adeptus, Romæ
„ etiam in honore fuisset, a Pontifice Clemente VII. dignitate fructuosa ornatus
„ est ordinis equitum S.Petri. Quo Pontifice mortuo ille Venetias sese contulit,
„ versatusque ibi non diu cum legato
„ Gallico, ad episcopum Veronensem
„ evocatus venit Johannem Matthæum
„ Gibertum. Apud quem annos complures vixisse perhibetur, ita ut victu cultuque asperiore durioreque uteretur, instituto episcopi illius, qui ista simulatione sanctitatis aucupari Cardinalis præstantiam existimabatur. Erat autem Flaminius valetudine a puero infirma, stomachi inprimis doloribus eum graviter
„ affligentibus. Et est tunc factum, ut in periculosum morbum incideret. Cujus
„ periculo tandem depulso, recreandarum virium caussa in Venetam regionem rediit, & mox in urbem transiit.
„ Ubi commorantem eo tempore episcopum Theatinum, qui postea Pontifex
„ Paulus IIII. fuit, offendit, & ab illo invitatus familiæ ejus pars esse cœpit. Insignis autem species in hoc fuit, qui &
„ epi-

episcopi principatu se abdicavit,& supra „
modum vitam duram omnibusque ju „
cundis ac gratis abstinentem egit: id „
quod mundo huic valedicere vocabant, „
amplexus etiam novæ cujusdam sectæ „
professionem, quæ ab ipso deinde no- „
minata est. Huic igitur tunc sese Flami- „
nius dare, captus illa quasi formositate „
religionis, & in sacrarum litterarum le „
ctionem totus incumbere, adeo ut, „
Hebraicæ quoque linguæ aliquam „
scientiam compararet. Sed Theatino „
mox Cardinali facto, contendentem Fla- „
minius hunc Romam ille quidem est, „
profecutus, sed inde Neapolim perrexit, „
& paulo post reversus Romam in noti „
tiam intimam Poli Angelici pervenit, si- „
militudine voluntatum studiorumque, „
eos conjungente, & apud eum reliquum, „
egit spatium vitæ suæ universum, cum a „
bonis doctisque omnibus mirifice dili- „
geretur & magnifieret, ipsique Pont. „
Max. Paulo III. Farnesio esset carus, in „
cujus palatio mortem obiisse fertur An- „
no ætatis suæ LVII. Christi Jesu M.D.L. „
His ita dictis Camerarius ex epistolis cla-
rorum virorum Lugdini in Officina Gry-
phiana editis duas perquam elegantes,
unam

unam nempe Petri Victorii ad Reginaldum Polum Cardinalem, & alteram hujus ad illum, Flaminii mortui laudibus refertas subjungit, quibus anonymi cujusdam tertiam ejusdem argumenti ex Italico Latine redditam annectit, & posteaquam de Petri Carnesecæ vita ac martyrio Romæ obito differuisset, ad Flaminium denuo redit, his de eo verbis utens. „Non dissimulavit ille un-
„quam vel de sincera atque pura do-
„ctrina fidei Christianæ sententiam suam,
„vel de vitæ omnium ordinum dissolu-
„tione, & disciplinæ interitu dolorem.
„Atque extat de Hieronymo Savanoro-
„la combusto Ferrariæ (leg. Florentiæ)
„fracta laqueo cervice, epigramma epi-
„taphium Flaminii, quo non obscure
„indicatur & erga veram pietatem reli-
„gionemque præclara affectio ipsius,
„& de facinore illo existimatio nequa-
„quam bona. Id epigramma & gravi-
„tate sententiarum, & verborum ele-
„gantia, & compositionis venustate exi-
„mium hoc loco adscribere est visum:

„*Dum*

Dum fera flamma tuos Hieronyme pasci- „
tur artus,
Relligio sanctas dilaniata comas. „
Flevit, & ô dixit, crudeles parcite „
flammæ,
Parcite, sunt isto viscera nostra rogo. „

Ipse quidem omnibus optimarum di- „ sciplinarum & artium virtutisque & sa- „ pientiæ amatoribus, inque his summis „ dignitate opibusque & potentia viris „ carissimus & benignitate eorum adju- „ tus sustentatusque fuit, & cum his, ita „ ferentibus rebus & cogente tempore, „ vixit ille quidem in ea familiaritatis ac „ necessitudinis conjunctione, quæ de- „ cuit conditionem ipsius, cum firmam „ retineret sententiam de veritate doctri- „ næ cœlestis, & libere hanc profiteretur. „ Loquor autem de universa ipsa, & dog- „ matum integritate consensu generali „ fundata. Nam in iis, quæ commotis „ disceptationibus agitari plane hostili „ contentione ceperunt, & intelligen- „ tiam ejus adhæsisse, & fluctuasse opi- „ nionem, & errasse alicubi judicium vi- „ deri haud negaverim.„ Et paucis in- terjectis : „Inter eos quos Flaminius „ dilexit & magni fecit, quique ipsum co- „ luere „

„luere & ſunt admirati, fuit principe lo„co Aonius Palearius Matthæi F. Verula„nus, a quo acerbiſſime eſt deplorata „mors Flaminii Romæ obita, Viro opti„mo doctiſſimoque & Chriſtianæ pieta„tis ſtudioſiſſimo,„ de cujus ſupplicio & probitate quædam Camerarius adjicit, qui deinceps varias iterum Flaminii epiſtolas maſculam fidem pietatemque ſinceram ſpirantes exhibet, hoc eas elogio obſignans: „Jam itaque plane ſpero o„ſtenſum eſſe,& eruditionem doctrinæ in „Flaminio fuiſſe egregiam & judicii acri„moniam ſingularem, & ingenii admira„bilem præſtantiam, & religionis ſtudi„um pietatisque cultum eximium atque „ſummum, & vitæ morumque integrita„tem ac probitatem dignam homine „Chriſtiano, ut in hoc celebrando quali„cunque facultate literarum mearum „conſilium non erraſſe exiſtimem: non „tam hominis gratia,quam exempli cauſ„ſa,quod propoſitum eſſet ad imitandum „non prorſus dementibus atque veſanis, „& cognitionem liberalem ac ſaluta„rem ſapientiæ ſcientiæque tam divi„næ quam humanæ, reipſa conſenta„neum in modum vivendo, exprimere,

&

& officium virtutemque præstando ac,„ colendo, professionem suam ornare &,„ efficere spectatiorem cupientibus - - Id,„ videor affirmare posse in veritate: Mul-„ to melius fructuosiusque positurum esse,„ aliquem operam suam his Flaminii, quæ,„ exposita modo sunt, & similibus tam,„ ipsius quam aliorum scriptis legendis,„ quam evolvendis rixatricibus atque le „ vibus & nugatoriis chartis, quæ passim,„ nunc evolando & judicia multorum de-„ pravant, & animos ad insolentiam inci-„ tant, & dissolutionem vitæ augent,& ad-„ juvant interitum disciplinarum.„ In fine libelli typographus, præmissa ad lectorem præfatiuncula, recusas dedit duas epistolas, quarum una, pro missæ sacrificio pugnans, Flaminio, altera ei opposita Carnesecæ tribuitur. Illam si reapse Flaminius scripserit, Camerarius mutasse eum postea sententiam ex aliis ejus epistolis judicat, cum præsertim post ipsam scriptam annis 7. Flaminius vixerit, & Christianæ pietatis sententiis refertas epistolas complures, melioris indies & certioris rerum divinarum intelligentiæ composuerit. Alteram vero typographus non autore Carneseca, sed alio quopiam,

qui κατ' ἠθοποιΐαν, quid reſponderi debuiſſet potuiſſetve, eſſet commentus & literis mandaſſet, concinnatam ſuſpicatur, alias duas quaſi eodem pertinentes, utriusque auctoris nomine ſuppreſſo iis adjungens, quarum primam Italice ad Bernardinum Ochinum poſt deſerta ab ipſo Pontificis caſtra Romæ A. MDXLII. d. 20. Oct. a Claudio Tolomei exaratam animadverti (*e*). Cæterum quod ad Flaminii epiſtolas, fidem pietatemque ſpirantes, quas paulo ante laudato libello a Camerario inſertas eſſe memoravi, attinet, Te, Vir eruditiſſime, rem plane acu tetigiſſe arbitror, qui illas e Pauli Manutii collectione epiſtolarum Hetruſcarum petitas eſſe (*f*) conjeciſti. Licet enim Camerarius hoc non diſerte indicaverit, id tamen e loco de Thomæ Kempenſis libello ex epiſtola ad Carolum Gualteruzzium, quam Flaminio Camerarius itidem adſcripſit, a Te producto colligo. Reliquæ hujusce generis epiſtolæ a Camerario in Latinum ſermonem translatæ datæ

(*e*) Vid. ejus Epiſtol. Italic. Lib. VII. pag. 237. ſqq. edit. Venet. 1566.

(*f*) In Biblioth. Bremenſ. Claſſ. VII. pag. 932.

datæ ſunt ad Petrum Pamphilum in aula illuſtriſſimæ Ducis Urbinatis, Abbatem Anyſium, Antonium Paravanſum, ad quandam Principem fœminam, cujus nomen ad inſcriptionem additum non extat, Ulyſſem Baſſianum, Lælium Torellum præcipuum Ducis Florentini Conſiliarium, Principem quandam fœminam Theodoram nomine, Caracciolum, Cæſarem denique Flaminium ejus propinquum. Sed ad alia transgredior. Recenſuiſti præter cætera, Amice æſtumatiſſime, in egregia epiſtola Bibliothecæ Bremenſi (g) inſerta libellum de Papa muliere, Wittebergæ A. MDCIX. in 8. excuſum, cujus auctor ſe FABRUM DOMINI *Jeſu, veritatis, religionis Evangelicæ, & Academiæ Wittemb. ſtudioſum* nominat, qua ſub perſona Tu cum Celeb. Heumanno Schmidium quendam latere voluiſſe arbitratus es. Aut cuncta vero me fallunt, aut perſonam hanc induit *Jacobus* HERRENSCMIDT, (En! habes FABRUM DOMINI) in Eccleſia Oetingenſi tum temporis verbi divini Miniſter, poſtea autem Monaſterio Cimmera-

Ffff 2 næ

(g) Claſſ. VIII. p. 515. ſqq.

næ in Rhætia, tandemque Nördlingensis Ecclesiæ Superintendens, qui ibidem, eodem anno, iisdemque typis cum præfatione Leonharti Hutteri, cujus, ut & reliquorum ejus ævi Theologorum Wittenberg. in dedicatione se profitetur discipulum, edidit *Romanensium Dalilam sceletolatricam phaleris suis ascititiis denudatam*, h. e. *Dissertationem convellentem prodigiosas Romanensium absurditates in Reliquiarum cultu.* Pater ejus, cujus in dedicatione libelli a Te recensiti, nominis & officii illius litteris initialibus E. H. S. O. in margine appositis, meminit, fuit Eberhardus Herrenschmid, Superintẽdens quondam Oetingensis, maritusque filiæ Pamingeri, ob veritatem evangelicam in exilium pulsi, & beato Luthero inprimis chari. Jacobi nepos, Eberhardique abnepos erat B. Jo. Daniel Herrnschmid, Theologus Halensis pietatis atque eruditionis laude inclutus, paucisque abhinc annis cœlo receptus. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ. Neque vero id Te latere volo, Libri, urbem Romam ejusque memoranda describentis & memorabile Joanne Papissæ testimonium præbentis, cujus contenta, Tua illa epistola laudata occasionem ipsi præbente,

te, Cel. Hasæus (*h*) enarravit, Exemplum manu antiqua, & fortassis prius, quam typis exprimeretur, exaratum nuperrime in manus meas incidisse. Non ita dudum ego quoque novum de Papissa puerpera testimonium, nemini adhuc, quod sciam, observatum deprehendi in opere historico, rhythmis Germanicis sæculo, ut arbitror, XIV. in membrana scripto, de quo alio tempore plura dicere animus est.

Sed nondum Te dimitto, Vir Clarissime, verum quadam ad Te scribendi dulcedine captus, pauca etiam ad Syllogen variorum opusculorum &c. a Te laudando valde consilio edi cœptam annoto, quod bona Tua cum venia fieri confido, cum præsertim qualescunque ad eam observatiunculas meas, privatim iterata vice ad Te missas, tam benevole acceperis. Meministi in Tomi I. fasciculo I. (*i*) Codicis MS. Reginonis de Armonica Institutione, quem Vir longe celeb. Jo. Ludolphus Bunemannus, (*ii*) Gymnasii, quod Mindæ floret, Rector, ac Regiæ Biblio-

(*h*) l. c. p. 526. sqq.

(*i*) p. 214. sqq.

(*ii*) Vir hic eruditissimus utrique nostrûm prolixe favet, quod e litteris ejus, varia doctrina plenis, adque

thecæ ibidem Præfectus meritissimus possidet, eumque in membrana sæculo nono ab ipso Reginone scriptum, unicumque in orbe esse existimat. Sed in Bibliothecæ Krysianæ, Hagæ Comitum anno præterito publice distractæ, Catalogo (*k*) aliud ejus operis exemplum commemoratur, illudque itidem pro αὐτογράφῳ & unico in orbe venditatur. En ipsissima ejus, qui catalogum confecit, verba: num. 995. *Regino Prumiensis de Armonica* (*id est harmonica*) *institutione, ad Rathbodum Archiepisc. Treverensem, cum musica antiqua ecclesiastica per integrum annum, aliisque memorabilibus. MS. membranaceum*

que amicum meum veteranum, Summe Venerandum ac Celeberrimum Eberhardum Davidem Hauberum, summis in Theologia honoribus, uti nosti, non ita pridem Helmstadii maximo suo merito decoratum, qui earum exemplum pro suo in me amore his diebus mecum benevole communicavit, datis cognovi. Illas proxime privatim a me habebis, cum haud pauca contineant, Tua notitia dignissima. Præter cætera ex iis edoceberis, Amerbachianam Bibliothecam insertam esse Bibliothecæ publicæ Basileensi, atque adeo inibi Christophori Longolii de suis infortuniis Epistolam vel Epistolas, Biturig. A. 1533. editas, quarum in Sylloges Tuæ fasc. I. p. 133. meministi, a Te investigari posse.

(*k*) Part. I. p. 95.

ceum antiquissimum in octavo, quod illustri Bibliotheca maxime dignum; habet hæc singularia. 1. *Est ab ipso autore Reginone sæculo nono scriptum, cujus Codices MSS. de disciplina eccles. & Chronica in Bibliothecis Vindobonensi Imperatoria & Cantabrigiensi quanto in pretio habeantur, docti norunt.* 2. *Est unicum exemplar MSS. hoc in toto terrarum orbe.* 3. *Nunquam hoc opus ob rarissimos characteres musicos sæculi VIII. & IX. descriptum nec editum.* 4. *Characteres litterarum plane respondent iis, quos minores Mabillon de Re Diplomatica ex sæculo nono exhibuit.*

Quam raræ caræque sint editiones, quas Venetiis officina Manutiana, Aldi præsertim senioris, orbi dedit, inter omnes constat. Magnam igitur haud dubie a quibuslibet rei librariæ studiosis iniisti gratiam, quod eximiæ Tuæ Sylloges fasciculo III. (*l*) indicem librorum in typographia Aldina excusorum, quos magno numero Cel. Christ. Gottl. Schwarzius, Noricæ Academiæ lumen, possidet, inseruisti. Licet enim ipse dignissi-

(*l*) p. 644. sqq.

gnissimus tanti thesauri dominus eum typis exscribendum curaverit, paucorum tamen ille, & eorum fere duntaxat, quibuscum eum Vir eruditissimus ipse communem fecit, in manus pervenit, quale etiam exemplum penes me est. Nosti autem e litteris meis privatim ad Te datis, & me a longo jam tempore sedulam hujusmodi κειμηλίοις conquirendis navare operam, quod hactenus quidem successu satis felici, sed votis tamen meis longe impari factum est. Praeter haud paucas vero hujus notae editiones, in Schwarziana Bibliotheca instructissima extantes, curtam meam suppellectilem librariam ornant sequentes, quibus illa adhuc destituta erat, cum index iste evulgaretur.

Jam-

Jamblichus de mysteriis Ægyptiorum, Chaldæorum, Assyriorum.
Proclus in Platonicum Alcibiadem de anima atque dæmone.
Proclus de Sacrificio & magia.
Porphyrius de divinis atque dæmonibus.
Synesius Platonicus de somniis.
Psellus de dæmonibus.
1497. *Expositio Prisciani & Marsilii in Theophrastum de sensu, phantasia & intellectu.*
Alcinoi Platonici Philosophi liber de doctrina Platonis.
Speusippi Platonis discipuli liber de Platonis definitionibus.
Pythagoræ Philosophi aurea verba.
Symbola Pythagoræ Philosophi.
Xenocratis Philosophi Platonici liber de morte.
Marsilii Ficini liber de voluptate.
Latine. Venetiis mense Septembri M. IIID. in ædibus Aldi, in fol.

1499. *Julii Firmici Astronomicorum Libri octo integri & emendati, ex Scythicis oris ad nos nuper allati.*
Marci Manilii Astronomicorum Libri quinque.
Arati Phænomena, Germanico Cæsare interprete, cum commentariis & imaginibus.
Arati ejusdem Phænomenon fragmentum M. T. Cicerone interprete.
Arati ejusdem Phænomena Ruffo Festo Avieno paraphraste.
Arati ejusd. Phænomena. Græce.
Theonis commentaria copiosissima in Arati Phænomena. Græc.
Procli Diadochi Sphæra. Græce.
Procli ejusd. Sphæra, Thoma Linacro interprete. Venet. apud Aldum Romanum.M.CCCC.XCIX. in fol. (m)
1502.

(*m*) Prædicanda mihi hic majorem in modum merito est Perillustris UFFENBACHII, Mæcenatis Optimi, Maximi, liberalitas, quovis præconio longe superior, cui, præter rarissimam hanc collectionem, Demosthenis & Ulpiani in eum scholiorum, Luciani, Claudiani, Didymi, rusticæ & cynegeticæ rei scriptorum, Asconii Pædiani, Ciceronisque Rhetoricorum editiones Aldinas acceptas fero: donum auro sane mihi carius.

1502. *Lucanus. Venetiis in ædibus Aldi* MDII. in 8.

1503. *Ulpiani Commentarioli in Olynthiacas Philippicasque Demosthenis orationes. Græce. Venet. apud Aldum* 1503. fol.

1504. *Demosthenis Orationes. Libanii Sophistæ in easdem argumenta. Vita Demosthenis per eundem. Ejusdem vita per Plutarchum. Græce. Venet. in ædibus Aldi Romani.* 1504. fol.

1514. *M. F. Quintilianus. Venetiis in ædibus Aldi & Andreæ Soceri. Mense Augusto. M. D. XIIII.* in 4.

1516. *Ovidii Metamorphoseon Libri XV. quibus præmittuntur Annotationes in omnia Ovidii opera. Index fabularum & cæterorum, quæ insunt in hoc libro secundum ordinem Alphabeti. Venet. in ædibus Aldi & Andreæ Soceri. Mense Februario.* M. D. XVI. in 8.

1517. *Senecæ Tragœdiæ. Venetiis in ædibus Aldi & Andreæ Soceri. Mense Octobri.* M. D. XVII. in 8.

1518. *SACRÆ SCRIPTURÆ VETERIS NOVÆQUE OMNIA. Græce. Venetiis in ædibus Aldi & Andreæ Soceri. MDXVIII. Mense Februario.* in fol.

1519. *Nervæ & Trajani atque Adriani Cæsarum vitæ ex Dione, Georgio Merula interprete.*
Ælius Spartianus.
Julius Capitolinus.
Lampridius.
Flavius Vopiscus.
Trebellius Pollio.
Vulcatius Gallicanus. Ab Joanne Baptista Egnatio Veneto diligentissime castigati.
Heliogabali principis ad meretrices elegantissima oratio.
Ejusd. Jo. Bapt. Egnatii de Cæsaribus libri tres, a Dictatore Cæsare ad Constantinum Palæologum, hinc a Carolo M. ad Maximil. Cæsar.
Ejusd. in Spartiani Lampridiique Vitas & reliquorum annotationes.
Aristidis Smyrnæi Oratio de laudibus urbis Romæ a Scipione Carteromacho in Latinum versa.
In extrema operis parte addita conflagratio Vesevi montis ex Dione, G. Merula interprete. Venetiis in ædibus Aldi & Andreæ Soceri. Mense Augusto. M. D. XIX. in 8.

1521.

1521. *Suetonii Tranquilli XII. Cæsares. Sexti Aurelii Victoris a D. Cæsare Augusto usque ad Theodosium excerpta.*

Eutropii de gestis Romanorum Lib. X.

Pauli Diaconi Libri VIII. ad Eutropii historiam additi.

Index rerum memorabilium per singulos Tranquilli Cæsares ab Jo. Bapt. Egnatio Veneto compositus.

Annotationes etiam Erasmi in Suetonium, Eutropium & Paulum Diaconum per litterarum ordinem. Venetiis in ædibus Aldi & Andreæ Soceri. Mense Majo. M. D. XXI. in 8. e bibliotheca Eliæ Ehingeri, cujus manus titulum ornat.

1522. *Luciani Dialogi & alia opera. Græce. Venet. in ædibus Aldi & Andreæ Asulani.* MDXXII. fol.

Il Decamerone di M. Giovanni Boccaccio novamente corretto contre novelle aggiunte. Impresso in Vinegia nelle case d' Aldo Romano, & d' Andrea Asolano suo socero nell' anno M.D.XXII. del mese di Novembre in 8.

1523. *Silii Italici de Bello Punico secundo XVII. Libri nuper diligentissime castigati.*

ſtigati. Venetiis in ædibus Aldi & Andreæ Aſulani Soceri Menſe Julio. M. D. XXIII. in 8.

Claudiani Opera quam diligentiſſime caſtigata. Venet. in ædibus Aldi & Andr. ſoceri. M. D. XXIII. in 8.

1525. *Xenophontis omnia, quæ extant. Græce. Venetiis in ædibus Aldi & Andreæ Aſulani ſoceri Menſe Apr.* M. D. XXV. fol.

Galeni Librorum Pars prima. Græce. Venetiis in ædibus Aldi & Andreæ Aſulani ſoceri. Menſe Apr. MDXXV. fol. e Bibliotheca D. Leonardi Fuchſii, Germaniæ noſtræ Galeni, cujus manu paſſim margines ſuperbiunt.

Galeni Librorum Pars ſecunda. Græce. Venetiis in ædibus Aldi & Andreæ Aſulani ſoceri. Menſe Apr. MDXXV. fol.

Galeni Librorum Pars quarta. Græce. Venet. ex eadem officina. Menſe Auguſto. M. D. XXV. fol.

Galeni Librorum Pars quinta. Græce. Venet. ex eadem officina. anno eodem fol.

1526. *Omnia opera Hippocratis. Græce. Venet. in ædibus Aldi & Andreæ Asulani soceri. Mense Maji.* M.D.XXVI. fol. e Bibliotheca D. Leonardi Fuchsii, cujus quædam emendationes margines ornant.

1528. *Pauli Æginetæ Libri septem. Græce. Venet. in ædibus Aldi & Andreæ Asul. soceri. Mense Augusto.* M.D.XXVIII. fol. e Bibliotheca Joan. Heruagii, typographi olim Basileensis famigeratissimi.

Didymi interpretatio in Odysseam. Græce. Venet. in ædibus Aldi & Andreæ Asul. M.D.XXVIII.

1533. *Libri de re rustica Catonis, Terentii, Varronis &c. Venet. in ædibus hæredum Aldi.* M.D.XXXIII. in quarto.

1534. *Gratii de Venatione Lib. I. P. Ovidii Halieutica. M. Aurel. Olympii Nemasiani Cynegeticon. Ejusdem carmen bucolicum. T. Calphurnii Siculi Bucolica. Adriani Cardinalis Venatio. Ven. in ædibus hæredum Aldi.* M.D.XXXIV. in 8.

1541.

1541. *Historie di Nicolo Machiavelli, Citadino & Secretario Fiorentino. In Venetia. Per Comin de Trino de Monferrato. M.D.XLI. del Mese di Zenaio.* in 8. Nomen equidem Aldi ejusve hæredum expressum haud est, sed in libri titulo officinæ Aldinæ insignia conspiciuntur.

1542. *J Dialogi di Messer Speron Sperone. in Vinegia, nell'anno* M. D. XXXXII. *in casa de' figlivoli di Aldo in* 8.

Asconii Pædiani expositiones in orationes Ciceronis. Georgii Trapezuntii in orat. pro Q. Ligario. Venet. in ædibus hæredum Aldi. M.D.XLII. in 8.

1548. *Petri Paschalii adversus Joannis Maulii Parricidas Actio, in Senatu Veneto recitata.*

Ejusdem Gallia per prosopopœiam inducta ad Venetam Remp.

Oratio de Legibus, Romæ habita, cum juris insignia caperet.

Epistolæ in Italica peregrinatione exaratæ. Venetiis apud Aldi filios. M.D.XLVIII. in 8.

1551. *Petri Bembi Cardinalis Historiæ Venetæ Libri XII. Venetiis apud Aldi Filios.* M.D.LI. fol. – Editio, sive chartæ, sive typorum nitorem spectes, omnium splendidissima.

Aristotelis omnem Logicam, Rhetoricam & Poëticam disciplinam continens Tomus I. Græce. Venetiis apud Aldi filios, expensis nobilis Viri Federici de Turrisianis eorum avunculi. M.D.LI. in 8.

Aristotelis de physica auscultatione, de cœlo, de mundo ad Alex. de generatione & corruptione, & meteorologicam disciplinam continens Tomus II. Græce. Venetiis apud Aldi Filios, expensis vero Nobilis Viri Federici de Turrisanis eorum avunculi. M.D.LI. in 8.

1552. *Aristotelis de historia animalium disciplinam & reliquos huic disciplinæ agnatos libros continens Tomus III. Græce. Venet. apud eosdem.* M.D.LII. in 8.

*Aristotelis Problemata cum Alex. Aphrodis. Probl. & Mechanica, & Metaphysices disciplinam continens Tomus IV. Græce.*ib.apud eosd.MDLII. in 8.

Aristotelis Moralia magna, & Moralia Eudem. & Moralia Nicomach. & rei familiaris civilisque disciplinam continens Tomus V. Græce. Venet. apud Aldi filios &c. M. D. LII. in 8.

NB. In promptu etiam estTomusVI. Theophrasti Historiam de Plantis aliosque ejus libros complectens, qui vero in Cel. quoque Schwarzii Bibliotheca extat, cæteris adhuc ibi deficientibus.

1555. *Titi Livii Historiarum libri, a Carolo Sigonio emendati cum ejus scholiis. Venetiis.* M. D. L. V. *apud Paulum Manutium, Aldi filium.* in fol.

1557. *In Epistolas Ciceronis ad Atticum Pauli Manutii Commentarius Venet.* M.D. LVII. apud eundem. in 8.

1559. M.TulliiCiceronisOrationum pars III. cum correctionibus Pauli Manutii: Venetiis. M.D.LIX. in 8.

1561. *Hieronymi Gabucinii, Fanestris Medici ac Philosophi, de comitiali morbo Libri III. Venetiis.* M.D.LXI. apud Aldum. in 4.

1562. *Marci Antonii Nattæ Astensis Volumina quædam nuper excussa, numero & ordine, qui subjicitur.*

De

De libris suis quibusdam nunc primum in lucem editis & argumentis eorum.
De Principum Doctrina, magnum & varium & elegans opus, libris IX. distinctum, in quo plurima de veterum Heroum, Regum, Imperatorum gestis & regimine continentur.
In funere Jo. Francisci Nattæ patruelis Oratio.
In obitu illustrissimi Hieronymi Adurni laudatio seu consolatio.
Pro se & fratribus, seu pro familiarum dignitate.
Quum suscepit Mantuæ magistratum Rotæ oratio.
Post absolutionem gesti magistratus alia oratio.
De Chistianorum eloquentia liber.
Venetiis. M. D. L. XII. Aldus in fol.

1563. *Le Epistole Famigliari di Cicerone, tradotte di nuovo, e quasi in infiniti luoghi corrette da Aldo Manutio. In Venetia.* M. D. LXIII. Aldus. in 8.

1564. *Horatius cum M. Antonii Mureti & Aldi Manutii scholiis, hujusque de*

metris Horatianis libello Venet. M. D. LXIV. Aldus. in 8.

1565. *M. T. Ciceronis Orationum Pars II. cum correctionibus Pauli Manutii. Venet.* M. D. LXV. in 8.

1569. *J. Cæsaris Commentarii &c. accedunt Galliæ, Hispaniæ locorumque insignium picturæ. Nomina tum vetera tum recentia explanata. Var. Lect. ex vetustiss. Codice MS. libellus cum scholiis Errici Glareani. Venetiis ex Bibliotheca Aldina.* M.D.LXIX. in 8.

1572. *T. Livii Patavini Historiarum ab Urbe condita Libri, qui extant, XXXV. cum universæ historiæ epitomis, & Caroli Sigonii scholiis, multis in partibus auctis, eorumque defensionibus adversus Glareanum & Robortellum. Venet.* M.D.LXXII. *in ædibus Manutianis.* in fol. Hujus voluminis frons & margines passim manu Georgii Remi JCti & Polyhistoris quondam famigeratissimi superbiunt.

1578. *M. Tullii Ciceronis Orationum Volumen I. cum Pauli Manutii Commentario. Venet.* M.D.LXXVIII. in fol. In titulo conſpicitur effigies Aldi P. Manutii Romani æri inciſa, in averſa vero ejus facie imago Paulli Manutii.

M. Tullii Ciceronis Rhetoricorum & de Inventione Libri cum Hor. Capiduri, Budii, Longolii & aliorum Commentariis &c. ex ultima Pauli Manutii correctura. Venet. MDLXXVIII. fol.

1584. *Nicodemi Friſchlini Strigilis Grammatica. Venet.* M.D.XXCIV. apud Aldum. in 8.

Ejusdem Quæſtionum Grammaticarum Libri IIX. Venet. M.D.XXCIV. apud Ald. in 8.

1589. *Aminta Favola boſchereccia del S. Torquato Taſſo, di novo corretta, & di vaghe figure adornata. In Vinetia.* M.D.XXCIX. *preſſo Aldo.* in 12.

1591. *Fragmenta Tabulæ antiquæ, in quîs aliquot per Rom. Provincias itinera. ex Peutingerorum Bibliotheca. edente & explicante Marco Velſero Matthæi F. Aug. Vind. Venetiis.* CIϽ. IϽ.XCI. apud Aldum. in 4.

Agricoltura nuova & casa di villa, di Carlo Stefano Francese, tradotta dal K. Hercole Cato &c. In Vinetia. cIↄ. Iↄ. XCI. *presso Aldo in* 4. In fine adjectus est catalogus librorum ab Aldo impressorum, eoque tempore in illius officina venalium, quem vel propterea epistolæ huic subjicere visum fuit, quod singulorum librorum pretium in illo notatum sit. Nosti vero, per L. libras Italicas, quarum quinque florenum conficiunt, per S. autem solidos, quorum viginti libram æquant, indigitari.

Ortographiæ Ratio ab Aldo Manutio Paulli F. collecta &c. Ven. cIↄ. Iↄ. XCI. in 8. apud Aldum.

Sine nota anni impressionis.

Homeri Ilias. Græce. apud Aldum. in 8. Editio venusta pariter ac vetusta. In dedicatione enim Aldus Pius Manutius inter cætera his verbis Hieronymum Alexandrum Montensem, posthac Cardinalem, compellat: *Tu nondum quartum & vigesimum annum agens, es humaniorum studiorum utriusque linguæ doctissimus,*

ſimus, nec minus Hebraicam calles, nuncque & Chaldaicæ & Arabicæ tanto incumbis ſtudio, ut quinque te habentem corda brevi ſint homines admiraturi, nam tria, ut olim grandis de ſe Ennius dixit, tu hac ratione vel nunc habes &c. Natus autem fuit Aleander A. MCCCCLXXX. d. 13. Febr. (*n*) Anno igitur circiter M.D.III. vel M.D.IV. opus hoc prodiiſſe videtur. Et notavit ſane maximi nominis atque vaſtiſſimæ eruditionis Vir D. Jo. Albertus Fabricius in Bibliothecæ Græcæ, operis plane incomparabilis, Lib. II. Cap. III. Homerum A. M.D.IV. ab Aldo Græce typis fuiſſe exſcriptum, cujus vero editionis haud meminit in indice Scriptorum Græcorum, quos Aldi officina publicæ olim luci expoſuit. (*o*)

Catullus, Tibullus, Propertius. in 8.

(*n*) Vid. Lexicon. Hiſtor. Baſil. fol. 104. Tom. I.
(*o*) Extat iſte index Biblioth. Gr. Lib. VI. C. X. p. 605. ſqq.

Atque ita habes, Vir optime, meas editiones Manutianas, in Schwarziano gazophylacio, cum catalogus abs Te exhibitus publicaretur, nondum obvias. Plures in dies ab amicis, qui earum mihi ſpem fecerunt, cupide expecto. Nunc addo, illam Aldi epiſtolam, cujus in literis ſuis, ſecundo Sylloges Tuæ faſciculo inditis (*p*), mentionem injecit Georgius Spalatinus, in Jo. Frid. Hekelii Epiſtolarum ſingularium Manipulo primo (*q*), paucis viſo, legi. Quam vero vellem, ut & ille ipſe index Librorum Aldi cura ad annum usque M.D.XIV. excuſorum, quem is cum literis ſuis ad Spalatinum miſit, in Heckelii manus perveniſſet, ab eoque publicæ luci fuiſſet expoſitus. Iſtius tamen jacturam penſavit quodammodo Conradus Geſnerus, Polyhiſtor Tigurinus, qui ſuarum Pandectarum ſive Partitionum univerſalium Libri XI Dedicationi ad Paulum Manutium directæ, ejusque & Aldi Patris elogiis refertæ ſubjunxit (*r*) Catalogum librorum in

(*p*) p. 368.
(*q*) p. 21. ſqq.
(*r*) f. 107. ſqq. Singulos harum Pandectarum libros celebrioribus ſuæ ætatis typographis Geſnerus in-

in officina Aldina Venetiis ad A. usque MDXLVIII. excusorum, quibus si impressionis annos adscribisset, non esset, quod

inscripsit: primum scilicet Christophoro Froschovero, typographo Tigurino, secundum Joanni Bebelio & Michaeli Isingrinio Basileensibus, tertium Joanni Oporino, quartum Nicolao Brylingero, itidem Basileensibus, quintum Roberto Stephano, Parisiensi, sextum Joanni Petrejo, Noribergensi, septimum Henrico Petro, octavum Hieronymo Curioni, Basileensibus, nonum Joanni Montano & Ulrico Neuber, Noribergensibus, decimum Wendelino Rihelio, Argentoratensi, undecimum Paulo Manutio, Veneto, duodecimum Sebastiano Gryphio, Lugdunensi, decimum tertium Christiano Wechelo Parisiensi, decimum quartum Joanni Hervagio, Basileensi, decimum quintum Jo. Gymnico, Coloniensi, decimum sextum, Jo. Frellonio, Lugdunensi, XVII. Vincentio Valgrisio, Veneto. XVIII. Hieronymo Scoto, XIX. denique Thomæ Juntæ & cæteris Lucæ Antonii Juntæ hæredibus, itidem Venetis. Partitiones vero Theologicas sive Pandectarum Universalium librum ultimum A. MDXLIX. seorsim editum sacrum voluit Hieronymo Frobenio & Nicolao Episcopio, typographis Basileensibus. In dedicationibus partim potiora opera, in horum officinis typis exscripta, enumeravit, partim iis annexuit omnium librorum ab illis impressorum, catalogos, quales sunt præter Aldinum Froschoveri, Gryphii, Wecheli, Gymnici, Frellonii, Frobeniorumque. Index librorum Wecheli hoc singulare habet, quod pretia singulis sint adscripta; anni autem impressionis nota in eo, sicuti & in Gymnici & Frobenianæ officinæ catalogo, desideratur. Libro I. f. 42. extat index librorum Hebraicorum Venetiis apud Danielem Bombergum, uti Gesnerus arbitratur, venalium, pretio, quo singuli vendebantur, adscripto.

in eo desideraremus, nisi forte, quod haud prorsus omnium habuerit notitiam. Nusquam autem facile, ut & hoc ἐν παρόδῳ moneam, majorem Aldinarum editionum copiam extare crediderim, quam in Bibliotheca Henrici Hadriani van der Marck, Toparchæ, dum viveret, in Leur, & Ecclesiæ Metropolitanæ, quæ Ultrajecti est, Canonici, superiori anno Hagæ Comitum publice divenditæ, fuit. Maximo quoque numero eadem cum antiquissimas & principes, quæ vocantur, editiones, tum Juntinas, Stephanicas, aliasque præstantissimas adservavit. Cæterum illam Manutiorum trigam miris & invidendis laudibus cumulat ipse omni laude dignissimus Octavius Ferrarius (*s*), Italorum disertissimus. Sed ignosce, mi Beyschlagi, improvisæ meæ prolixitati, & eam, quæso, in posterum mihi benevolentiam præsta, ut quicquid in meis a Te emendari illustrarique poterit, id ne mihi invideas. *Monere enim & moneri*, judice Tullio (*t*) *proprium est veræ amicitiæ:* &

(*s*) Operum variorum Tom. I. p. 453. sqq. edit. Wolffenbutt. A. MDCCXI. in 8.

(*t*) De Amicitia.

& alterum libere facere, non aspere, alterum patienter accipere, non repugnanter. Vale, o animi pars magna mei, ac de re litteraria bene mereri, meque Tui amantissimum amare perge. Dabam Memmingæ A. R. S. MDCCXXVIII. VII. Kal. Julii.

Libri di stampa d'Aldo, che si trouano al presente.

Antiquæ inscriptiones Marci Velseri. 4. *noua* L 1 ſ.

Armandi Belouisij Declaratio difficilium terminorum Theologiæ, Philosoph. atque Log. L 1 ſ. 10

Asconij Pediani Comment. in Orat. M. T. C. 8. L ſ. 15

Aminta fauola Boscareccia di Torquato Tasso con figure, 12. L ſ. 6
Detta in 4. *con figure.* L 1 ſ.

Andrea Bacci. dell'uso, & bonta dell'acque, & modo di beuer fresco. 4. L 2 ſ. 10

Agricoltura noua, & casa di uilla di Carlo Stefano. 4. *noua* L 4 ſ.

Ag-

Di-

Discorsi della Penitenza sopra i sette Salmi di Nicolò Vito di Gozze figurato. in 8. *nouo.* L 2 ſ.

Discorso di Cosmografia, 8. L ſ. 4

De Gentib. & familijs Romanorum, Richardi Streinnij in 8. *nouo* L 15 ſ.

Epitome orthographiæ, Aldi Iunioris, 8. L 1 ſ.

Epitome Innouationis Anni, Pauli Clarantis, 4. L ſ. 8

Epistolæ Pauli Manutij. 8. L 2 ſ.

Epist. M. T. C. Fam. cum P. Manutij Comment. fol. nuoue. L 10 ſ. 10

Idem ad T. Pomponium Atticum, cum P. Manutii Commen. fol. L 9 ſ. 6

Detto volgari in 8. L 2 ſ. 10

Familiar Latine con tauole nuoue. L 2 ſ. 10

Essame dell' ingegno dell' homo per apprender le Scienze, con tauo la 8. L 1 ſ. 10

Eleganze insieme con la copia della lingua Toscana, & Latina, d' Aldo Giouan. 16. L 1 ſ. 4

Fragmenta Tabulæ antiquæ in quibus aliquot per Rom. prouincias itinera. Edente, & explicante Marco Velsero Matthæi F. in 4. *nuouo* L 1. ſ. 10

For-

Forno, ouero trattato della Nobiltà, di Torquato Tasso, 12. L ſ. 10

Germani Audberti Venetiæ, 4. L 2 ſ.

Gouerno della famiglia di Nicolo Vito di Gozze, 8. *nuouo.* L ſ. 10

Herculis Ciofani Commen. in Ouidij Metamor. 8. L 1 ſ.

Lucæ Pæti de Menſuris, & Ponderibus in fol. cum figuris. L 1 ſ. 10

Locutioni dell' Epiſt. Fam. ſcielte da Aldo Giouane, 16. L 1 ſ. 4

Lettere facete, & piaceuoli di diverſi Auttori primo, & ſecondo lib. 8. L 3 ſ. 10

Modi famigliari di dire, ſcielti da Aldo Giouane, 8. L 1 ſ.

Noua Diſciplina, & uera arte militare del Brancaccio, fol. L 3 ſ. 1

Orthographia magna, Aldi Manutij Iunioris, 8. *noua.* L 4 ſ.

Opera Cardinalis Contareni, fol. L 9 ſ.

Orationes M. T. C. cum Pauli Manutij Comment. primo, ſecondo, & terzo tomo, fol. L 18 ſ. 12.

Ortografia Manutiana in tauole, nuoua. L ſ. 6.

Officio Romano con 45. *Imagini in rame, in* 12. L 7. ſ

Offer-

Osseruatione intorno alle bellezze della lingua Latina, in 8. *nuoue.* L 1 ſ. 10

Oracoli Politici, 8. *noui.* L ſ. 15

Opera Ciceronis cum nouis Manutiorum Comment. X. uolumi. fol. L 62 ſ.

Orationes M. Antonij Mureti, 8. L 1 ſ. 4

Off. M. T. C, cum Aldi Manutij Iunioris Comment. fol. L 4 ſ. 10

Progymnaſmatum Latinitatis Iacobi Pontani de Societate Ieſu, 8. *nouo.* L 1 ſ. 4

Padre di Famiglia, di Torquato Taſſo, 12. L ſ. 6

Philoſophia M. T. C. cum Aldi Manutij Iun. Commen. fol. L 9 ſ. 6

Quæſtiones Grammaticales Nicodemi Friſchlini 8. L 1 ſ. 10

Rinaldo Inamorato di Torquato Taſſo con figure, & tauole, 12. L ſ. 15

Rhetorica M. T. C. cum Aldi manutij Iun. comment. fol. L 18 ſ. 12

Idem in 8. L 3 ſ.

Rime, & proſe di Torquatto Taſſo, con figure, prima, & ſeconda parte, 12. L 3 ſ.

Rime Amoroſe di Sauino Bobali ſordo, 4. *nuoue.* L 1 ſ. 10

Strigilis Grammatica Nicodemi Friſchlini 8. L ſ. 10

Sta-

P. S.

P. S.

Hæc ſcripſeram, ut nonæ hujusce opuſculi parti inſererentur, verum ſpatii anguſtia prohibitus, huic ea faſciculo reſervare coactus fui. Licet autem interea e Novorum literariorum tabulis Celeberrimi Krauſii (†) didicerim, novæ M. Antonii Flaminii carminum editioni, Patavii An. 1727. in 8. per Franciſcum Mariam Mancurtum Forocornelienſem curatæ, præmiſſam eſſe Flaminii biographiam, ſub finem autem eruditorum de elegantiſſimo hoc poëta judicia adjecta; exiſtimavi tamen, nec Tibi, Beyſchlagi Clariſſime, nec aliis lectu injucunda fore, quæ in ejus laudes Camerarius, Vir ſummus egregie diſſeruit. Facile enim conjici poteſt, iis in libro, typis in ipſa Italia exſcripto, locum conceſſum haud eſſe. Indicare quoque heic liceat editiones Aldinas, in Indice Schwarziano nondum obvias, quæ interim in manus meas inciderunt. Sunt autem

(†) A. 1728. p. 796. ſq. & 812.

1497. *Nicolai Leoniceni Vincentini Libellus de Epidemia, quam vulgo morbum Gallicum vocant. Venetiis in domo Aldi Manutii. Menſe Junio. M. III. D.* in 4. Inſigne eſt elogium, quo Leonicenus eo jam tempore Aldum ornavit, fol. b. III. col. 2. ſcribens: *Quocirca nunquam ſatis laudari poſſet Aldus Manutius Romanus, Vir non minore ingenio, quam doctrina, qui ſua induſtria atque labore omnem Græcorum ſapientiam, grammaticam, poëticam, oratoriam, philoſophiam & medicinam etiam innumeroſis voluminibus curat imprimenda, qui tot doctiſſimorum hominum lucubrationes, quæ non multis poſt annis erant interituræ, ita reficit atque reſtaurat, ut nulla unquam poſſint temporum vetuſtate aboleri, dignus profecto immortalitate, qui tam multis viris præſtantibus dat æternitatem.*

1498. *Ariſtophanes cum uberrimis ſcholiis Græcis. Venetiis apud Aldum. M. CCCC. XCVIII. fol.*

1509. *Horatius. Ven. apud Aldum. MDIX.* in 8.

1513. *Iſocratis*, *Alcidamantis*, *Gorgiæ & Ariſtidis Orationes. Græce. Venet in ædibus Aldi. M. D. XIII.* fol.

1521. *Boëtius de Philoſ. conſolatione. Ven. apud Aldum & Aſul. M. D. XXI.* in 8.

1575. *Eleganze inſieme con la copia della lingua Toſcana e Latina ſcielte da Aldo Manutio. In Venetia. M.D.LXXV.* apud Aldum. in 8.

Nec prætermittendum, Libanii in Demoſthenem ſcholiis, ſuperius ad A. M. DIII. memoratis annexum eſſe *Harpocrationis Lexicon decem Rhetorum*; Luciani vero operibus A. MDXXII. editis *Imagines Philoſtrati, ejusdem Heroica & vitas Sophiſtarum, nec non Imagines junioris Philoſtrati & Deſcriptiones Calliſtrati.*

Cæterum privatim jam meum Tibi dolorem teſtatus ſum, quem ex ingenti Halæ Veſtræ, antehac florentiſſimæ, nunc vero nupero ferali incendio magnam partem eheu! in cineres atque favillas redactæ, calamitate cepi. Nunc publice propitium Numen devotis imploro precibus, ut res patriæ miſere afflictas in integrum reſtituere, largoque omnigenæ benedictionis rore Vos in po-

sterum persundere velit! Vale, Vir Amicissime. Dabam An. 1728. ipsis Kalendis Decembr.

VI.

ELOGIUM PETRI CARNESECÆ.

PRÆFATIO.

Hoc ex eodem Camerarii libello repetere & in lucem revocare hic visum est, e quo Flaminii elogium superiori epistolæ, ad Beyschlagium meum scriptæ, inserui. Præmittenda vero ei duxi, quæ Thuanus ad A. 1566. de ipso memoriæ prodidit: *Initio statim pontificatus* (Pius V.) *magna severitatis exempla edidit, præcipue in causa religionis, conquisitis passim per Italiam criminis hujus suspectis & Romam attractis. Julium Zoannettum, qui Patavii domicilium contraxerat, ob eam causam impetravit a Senatu Veneto, & Romæ damnatum crudeli ignis supplicio affecit: eodemque tempore Magistrum palatii Florentiam misit, qui Petrum Carnesecum, arctissima cum Mediceis necessitudine conjunctum* &

& diu Margaritæ Sabaudiæ Ducis uxoris familiarem dedi postularet. Is vero cum Pontificis literas Cosmo porrexit, Petrum Cosmi ipsius mensæ assidentem invenit; verum Cosmus, qui gratiam Pontificis obvio obsequio & quavis alia ratione demereri in animum induxerat, neglecto amici periculo eum sine ulla cunctatione tradidit, qui Romam perductus, accusante eum Achille Statio Lusitano, homine non illiterato, sed prostitutæ fidei, qui Carneseco ab epistolis fuerat, convictusque, quod cum sectariis in Germania & in Italia cum Victoria Columna, Marchionis Piscarii vidua, & Julia Gonzaga, lectissimis alioqui fœminis, de pravitate sectaria suspectis, amicitiam coluisset, tandem ad ignem damnatus est. Neminem quoque heic legisse, scio, pœnitebit venustissimum Flaminii carmen, Carnesecæ inscriptum, quod luculentissimum amicitiæ inter utrumque cultæ testimonium præbet:


O dulce hospitium! o lares beati!
O mores faciles! o Atticorum
Conditæ sale colloquutiones!
Quam vos ægro animo & laborioso,
Quantis cum lacrymis miser relinquo!

Cur me ſæva neceſſitas abire,
Cur vultum atque oculos, jocosquo ſuaves
Cogit linquere tam venuſti amici?
Ah, reges valeant opesque regum,
Et quisquis potuit domos potentum
Anteponere candidi ſodalis
Blandis alloquiis facetiisque.
Sed quanquam procul a tuis ocellis
Jucundiſſime Carneſce abibo,
Regis imperium mei ſequutus,
Non loci tamen ulla temporisve
Intervalla tuos mihi lepores,
Non mors ipſa adimet: manebo tecum,
Tecum ſemper ero, tibique ſemper
Magnam partem animæ meæ relinquam,
Mellite optime, mi venuſte amice.

Sed audiamus jam Camerarium.

Fuiſſe perhibetur Petrus Carneſca patria Florentinus, gente patricius, educatus inſtitutusque liberaliſſime: Vſus aliquando Præceptore Franciſco Robertello, qui poſtea doctrinam Græcarum latinarumque litterarum publice eſt profeſſus, primum Lucæ, deinde Venetiis, mox Bononiæ, & tandem Patavii. Carneſca autem, qui ingenio excellenti & acri judicio eſſet præditus, Magiſtrum putatur literarum bonorum ſcientia & facul-


I



IV

V

LEG XII
IEVS II



facultate potissimum scribendi superavisse. Feruntur in eo motus animi fuisse celerrimi ad aliquid percipiendum, & memoria firmissima ad retinendum, & ad perspiciendum acerrimi sensus. Instigabatur autem adolescentia ipsius cupiditate rerum magnarum, & præstantium amplitudine, & ideo Principum virorum in omni conditione & genere notitiam familiaritatemque appetebat. Quam facile consequebatur commendatione multiplicium & specie diversarum virtutum, quæ in eo elucebant: Summa imprimis humanitas, & colendis amicitiis fides, liberalitas item beneficentiaque singularis, & nequaquam vulgaris prudentia Mira item comitas severitate ita temperata, ut difficulter statui posset, blandior ne ille esset an severior. Forma etiam corporis eximia fuit, quæ eo majorem gratiam illi conciliavit, quod adolescentiam ageret modestissimam atque castissimam ac temperatissimam. His igitur & aliis permultis virtutibus facile perfecit, ut complures summi viri dignitate & opinibus, præstantes expeterent conjunctionem ejus, & Clemens VII. Pontifex Max. à Secretis hunc sibi esse vellet. Quo munere

fungendo ita ſeſe geſſit, ut non ſolum in pontificis intimum favorem ſeſe inſinuaret, ſed Cardinalium quoque toti ordini acceptiſſimus cariſſimusque eſſet. Ipſe certe Pontifex plurimarum rerum magnitudine & gravitate præcipuarum curam adminiſtrationemque ei committebat. Unde eſt factum, ut rumores diſſiparentur: pontificatum illius temporis magis à Petro Carneſeca geri quam à Clemente. Sæpe autem huic pontifex, Cardinalis eximium honorem & fructuoſam dignitatem obtulit, ipſo conſtanter recuſante, ſuadentque, ut id beneficii in alios conferretur, eos præſertim, qui eſſent familiæ Mediceæ. Hac moderatione conciliari illi in dies magis omnium ordinum ſtudia, & Mediceæ gentis imprimis, adeo ut omnes Carneſecam in ore atque oculis haberent, & ferrent, quemadmodum dici ſolet in manibus. Omnino tamen fore eum Cardinalem exiſtimatum eſt, ni Pontificem mors præripuiſſet. Ante cujus tamen obitum donatus fuit fructibus duarum Abbatiarum, quarum una eſſet in regno Neapolitano, in Gallico altera. Abbatiæ autem, ut notum eſt, appellantur principatus opulentorum monaſteriorum, qui ſunt ſingu-

larium

larium professionum conventus; horum enim quasi Magistri & præsides Abbani & Abbates sunt appellati. Est autem in nomine Hebraicæ originis, Patris significatio. Fertur Carolum V. Imperatorem Rom. cum capta Tuneti ex Africa Neapolin rediisset, accesisse Carnesecam, ut ex ipso eliceret arcana consilia Pontificis Clementis, quæ hic credebatur cum Francisco Rege Galliarum Massyliæ inivisse. Hic congressus in gratiam eum apud Carolum quoque posuit. Etsi autem non dubitatur, quin tunc etiam boni Viri officium neutiquam violarit, in suspicionem tamen venit Galliarum Regi, de consiliis illis Carolo indicatis. Quapropter Rex ab ipso alienatus, spoliari hunc Abbatiæ fructibus in suo Regno facile est passus. Cum autem Carnesca commoratus aliquantulum in regno Neapolitano, & inde reversus Romam, mox Florentiam venisset, ut ereptum in Gallia comodum recuperaret, fretus multorum Principum virorum litteris commendatitiis, & favore potissimum Catharinæ Mediceæ, conjugis Henrici, Francisci Regis F. qui tunc erat Dux Aureliæ, contulit ipse sese in Galliam. Unde re infecta reversus in Italiam, Venetiis deinde Pataviique fere mansit: con-

ſuetudine utens, qua mirifice delectabatur, virorum optimarum diſciplinarum & artium ſtudia colentium, & eruditione doctrinæ celebrium. His patebant ædes omni tempore Carneſecæ, cum quo verſari ſolebant familiariſſime, ſæpe etiam ut jucundiora colloquia eſſent, cœnitare. Itaque hi capti humanitate benignitateque ejus, nec non dulcedine ſermonis & leporibus, & ad eum crebro ventitare, & frui ſuavitate congreſſus illius ſtudere. Præ cæteris autem amplexabatur bonos & pios viros, cum quibus de ſacrarum litterarum lectione & intelligentia diſſerere conferreque accurate ſolebat. Multum etiam pecuniæ in pauperes erogabat. Hanc tandem malevoli occaſionem nacti, coram Pontifice Paulo III. Farneſio accuſarunt eum tanquam Hæreticum, quod crimen atrociſſimum habetur. Sed Pontifex minime crudelis, atque ſævus, & hac in parte diſſimilis plerorumque, qui ei ſucceſſerunt, literis ſuis vocatum Carneſecam audit ipſe, & crimen illud falſo in ipſum illatum fuiſſe pronunciat, & abſolutum clementer dimittit. Tuncque ille ad priſtinæ vitæ inſtitutum Venetias rediit. Mortuo Paulo, & creato Pontifice Theatino, accuſatur denuo, citaturque, ut Romæ

Romæ causam dicat. Eo venire non audet, quod notam omnibus sævitiam crudelitatemque Theatini pertimesceret. Itaque igni & aqua fuit ipsi interdictum. Sed mortuo hoc pontifice, in integrum est Carneseca restitutus à Successore Pio IIII. fratre Ducis Marignani Jacobi. Operam dante hanc in partem Duce Florentino, qui plurimum autoritate apud illum Pontificem pollebat, quod ab Duce illo adjutus ad fastigium istud honoris & potentiæ ascendisse existimaretur. Non solum igitur sententia judicii innocens tunc pronunciatus, sed diplomate etiam Pontificio ornatus Carneseca, in Neapolitanum regnum ad illam Abbatiam suam concessit. Interea decedit Pius, sufficiturque ei Cardinalis Alexandrinus, acerrimus Carnesecæ & omnium bonorum eruditorumque hostis, qui etiam ipse antea, ut citaretur & absens damnaretur Carneseca, autor fuerat: Is rescindit prioris Pontificis decreta, & severissime scriptas literas ad Ducem Florentinum mittit, quibus facile obtinet, ut Carneseca (qui Florentiam redierat, & à Duce consequendæ majoris dignitatis spem habebat) Romam captus ad se mitteretur. Ubi repetitis prioribus crimini-

bus

bus damnati caput cervicibus abſciſſum, & corpus igne crematum fuit. Animo eum fortiſſimo præſentiſſimoque & ad ſupplicium perrexiſſe, & illud pertuliſſe Roma literis miſſis ſignificatum eſt, adeo ut abs ſeſe etiam contemni tam ignominiam, qua afficeretur veſtitus quoque deformitate, quam aſperitatem pœnæ, animi conſtantiſſimi cum admiratione omnium, & bonorum miſericordia, dictis liberioribus declararet. De ætate illius non-conſtat, ſed moriens habuiſſe annos putatur non pauciores LVIII.

VII.

MONUMENTA HEILBRONNENSIA IN AGRO CISNIGRANO INVENTA.

Accepta hæc fero benevolentiæ Viri Summe Venerandi, mihique amiciſſimi D. Eberhardi Davidis Hauberi, Sacrorum in Comitat. Schauenburg. & Lipp. Antiſtitis præclare merentis, cujus de iis monita e litteris ad me datis adjicere operæ pretium eſt. Ita autem Vir Celeberri-

berrimus: „ Omnes hi lapides inventi,„ ſunt in agro ſuburbano Civitatis Impe-„ rialis Heilbronnæ, Beckingæ, pago ei-„ dem Reip. ſubdito,vicino. Quartus qui-„ dem anno ſuperioris ſæculi XV. die 26.„ Maji inter arandum vomere terra effoſ-„ ſus, una cum magna mole lapidum, un-„ de aram ibi fuiſſe conjectum, ipſe vero,„ lapis curiæ ejus pagi ſubditus, ex libello,„ Georgii Schmidii Mercatoris Heilbron-„ nenſis A. MDCXXIX. Januario menſe,„ per Juſtum Henricum Noeſtelium Nori-„ bergenſem Argentorato reducem, de-„ ſcriptus, atque C. A. Ruperto Profeſſori,„ Altorf.communicatus fuit, qui eundem,„ ad Thomam Reineſium Lipſiam miſit, in,„ hujusdem Inſcriptionum Syntagmate,„ publici juris factum p. 91. conf. p. 185.„ verum tum figura, tum inſcriptio, quæ,„ ibidem exhibetur integra, non parum,„ a vera, quam hic damus ex autographo,„ D. Matthæi Fabri, Phyſici Heilbronnen-„ ſis, deſcriptam, qui αὐτοπτης fuit, aberrat.„ Hic ipſe una cum duobus ſequentibus,„ quinto & ſexto lapidibus circa A. MDC.„ LXXX. in privatas ædes Heilbronnam,„ translatus,nunc deperditus eſt,niſi quod,„ ſexti ſolum capitulum ſuperſit. Tertius,„

„& quin-

„& quintus inventi ſunt in ſacelli, pago „Beckingenſi vicini, quod ethnicum fuiſ„ſe creditur, jam jam collapſi, vulgo *Gu„ckulimor* vocati ingreſſu; primus vero, ſe„cundus & ſextus eodem quidem loco, in „viæ publicæ inter Beckingam & Nicro-„Gartneum pagos reparatione, ſed diver„ſis temporibus, ſextus nimirum ſuperio„ri ſæculo, primus vero & ſecundus præ„ſentis ſæculi anno XII. Bibliothecæ pu„blicæ Heilbronnenſi Superiorum juſſu „illati, quam etiamnum ornant, a nupero „ejus Scholæ Rectore Jo. Henrico Seu„ferto libello MSto uberius deſcripti, bre„vius autem in programmate quodam „A. MDCCXIV. delineati. Exterior fi„gura omnium fere eadem eſt, niſi quod „duæ volutæ capitulorum in I. III. VI. „prout numero I. videre eſt, aſcendant, „in cæteris II. IV. V. eo modo, quem nu„merus VII. adumbrat; ſoli autem II. va„ſa ſacrificialia, ſympuvium, catinus, ſe„curis, ſeceſpita ad utrumque latus addita „ſint. Altitudo quatuor fere, latitudo „duos pedes æquat.

Sed ecce Tibi eruditas Breitingeri mei, Viri κριτικωτατε, in lapidem primum & quartum obſervationes, quas ipſi meis

preci-

precibus elicui. Nullus dubito, lectores meos mecum elegantissimæ doctrinæ Viro multum destituros, si oculis tam eruditis & perspicacibus & reliquos contemplari voluerit.

VIII.

DE
NONNVLLIS
LAPIDIBVS LITERATIS
ROMANÆ PIETATIS
MONVMENTIS
AMICA DISPVTATIO
CONSCRIPTA
A
JOH. JACOBO BREITINGERO.

Sedenti mihi superioribus diebus ad focum, & inter calidæ haustus, herbæque Nicotianæ fumos, quam severiore lassus Musa & acrioribus curis solutus Genio meo adolere soleo, nescio quid meditanti nugarum, ex insidiis supervenere Congerrones duo lepidissimi DEINOLOGVS & ETASTES.

---*Ani-*

---- *Animæ quales neque candidiores*
Terra tulit, neque queis me sit devinctior
alter.

Qui cum me otiosum & a negotiis liberum deprehendissent, Næ tu, inquit DEINOLOGVS, commode nobis vacas CRITO; quin igitur jucunda aliqua confabulatione commune otium solamur: siquidem perire omne tempus arbitraris, quod studiis non impertitur. Impense ego lætari, mox ruere in amplexus, & quam optati mihi hospites supervenerint, aperte profiteri, quinimo adjicere, jucundum mihi fore εἰς καλον τι κατατιθεναι την χολην siquidem ita illis videatur. Ad hæc ETASTES, ut est omnis moræ impatiens; Quin igitur mutua salutatione defuncti, ne molesti magis, quam officiosi coram adesse videamur, apud focum istum consideamus, & Critonem nostrum imitati *Musis tacita libamus acerra* late spargentes divæ illius herbæ Nicotianæ odores, quovis thure pretiosiores:

Ἴθι νυν λιβανωτον δευρο τις, και πυρ δοτω,
ὅπως ἂν εὔξομαι προ των σοφιοματων.

Non ægre annuit tam commode admonenti DEINOLOGVS; & postquam confe-

ſediſſemus, ne inanibus quæſtiunculis tempus duceretur, protuli ego confeſtim e ſcriniis meis exemplum Inſcriptionum quarumdam Romanorum, quarum copiam mihi nuper fecerat vir mihi conjunctiſſimus JO. GEORGIVS SCHELHORN; qui de illis ita monet: *En Tibi lapides quos antiquos in Suevia noſtra alicubi olim jam erutos! qui nunc Auguſtæ æri inciduntur, ut decimum opellæ meæ Literariæ faſciculum ornare queant. Tu ſi notationibus quibusdam eos per otium illuſtrare haud gravareris, magno me Tibi devincires beneficio. Sed religioni fere mihi duco iſthoc Te rogare, qui norim, quantis hoc tempore negotiis ſis circumvallatus.* Quibus ego recitatis ad Deinologum converſus ſubjicio, Ecce vobis vaſtiſſimum diſſerendi argumentum, quod ingenia veſtra acuere, & otium abunde occupare poſſit! nemini enim vos hoc imprimis Litterarum genere mirifice capi. Ad hæc DEINOLOGVS, profecto, ſubdit, non male locabimus tempus, quod huic Diſputationi impenderimus; jucundum enim eſt redire in antiqua ſecula & priſca illa pietatis monumenta, quæ Codicibus omnibus ut antiquiora ita etiam perenniora ſunt, cominus intueri: illa enim & hiſtoriæ fidem faciunt, & rerum

gestarum memoriam apprime illustrant, & plurima ab historicis neglecta in lucem producunt: Quinimmo. - - Ultra processisset Deinologi oratio in commendando harum Litterarum usu & præstantia, nisi ETASTES, qui hactenus in contemplandis literatis lapidibus totus animo oculisque hærebat, dicere conantem ita interpellasset: Siquidem hæc Epigrammata gentis nostræ memoriam conservant, & Helvetiorum virtutem, uti quidem videtur, extollunt; quid dubitamus iis scrutandis otium locare, & gloriam nominis Helvetici, quam impio ausu atterere multi sustinent, illustriorem reddere? Ego ut convenire illis inter se tam probe intellexeram; quin ergo rem ipsam bonis avibus aggredimur & litterata hæc monumenta singulatim excutimus? ego quid mihi de illis videatur, ut potero explicabo; nec tamen quasi Pythius Apollo, certa ut sint, & fixa, quæ dixero; sed ut homunculus unus e multis probabilia conjectura sequens; ultra quo nunc progrediar non habeo: certiora vos dabitis, quos, non mentiar, si in his Literis prope consenuisse dixero. Excipit DEINOLOGVS rubore nonnihil suffusus & ad modestiam composito vultu; Equidem in nobis non

erit

erit mora, tu ut videtur, nos ad audiendum parati ſumus. Inde ego recitato primo Epigrammate ita orſus ſum. CRITO. Nimirum FORTUNAE inſcriptam eſſe hanc ϛυλοβατὴν juxta mecum agnoſcitis: Fortuna autem a Romanis olim in Deûm numerum relata. *Juvenalis Sat. X. v.* 366.

\- - - - - *Nos te,*
Nos facimus FORTVNA *Deam cœloque locamus.*

eam præſidere humanis caſibus ſtatuit antiquitas & dubios omnes eventus humaniſque mentibus incognitos ab ejus nutu pendere; *Fortuna*, ait *Saluſtius B. C., in omni re dominatur, eaque res cunctas ex lubidine magis, quam ex vero celebrat obſcuratque.* Ignorabat quidem vulgus, quid Fortunæ nomine colerent & fingebant ſibi neſcio quod ſuperſtitioſæ mentis ludibrium: Qui vero ſupra vulgus ſapere ſibi videbantur, rem ita interpretari ſolebant, deſignari hoc nomine eam vim & ſcientiam Jovis, quæ ventura omnia & quicquid noſtræ cœcitati fortuitum videtur, in numerato habeat, & pro arbitrio ſuo temperet: ut enim ſapientiam Jovis Palladem dixere, pari modo rerum illarum adminiſtrationem, quæ nobis arca-

næ ſunt & ſuſpenſos animos tenent, Fortunam appellaverunt: aperte *Seneca de Benef. Lib. IV. c. 7. Quæcunque voles nomina propria Deo aptabis, vim aliquam effectumque cœleſtium continentia: non errabis: tot appellationes ejus eſſe poſſunt, quot munera.*

DEINOLOGVS. In gentilibus quidem ἐσκοτισμένοις τῇ διανοίᾳ hanc ego cœcitatem ferrem; ſed homines chriſtianos divina luce colluſtratos, qui norunt nihil in orbe tenere Deoque improviſum aut neglectum contingere, Fortunam tamen temerarium illud Numen tanto ſtudio colere, pudor eſt meminiſſe: *Toto mundo & locis omnibus, omnibusque horis, omnium vocibus ſola Fortuna invocatur & una nominatur, una accuſatur, una agitur rea, una cogitatur; ſola laudatur, & cum convitiis colitur: volubilisque exiſtimata, vaga, inconſtans, incerta, varia, indignorumque fautrix; huic omnia expenſa, huic omnia feruntur accepta; adeoque obnoxii ſumus ſorti, ut ipſa pro Deo ſit, qua Deus probatur incertus.* Plinius *H. N. Lib. II. 7.* Quibus verbis tanquam in imaginæ corruptiſſimos ævi noſtri mores vivis coloribus depinxiſſe videri poſſet. Excepit tam graphice perorantem.

ETA-

ETASTES: Et bene hæc quidem, inquit, ſed agite, ne in re trita operam ludere videamur, adgrediamur ad alia, quæ altioris indaginis & minus recte adhuc ſunt expenſa. Cœcam finxit antiquitas Fortunam: at eam RESPICIENTIS titulo ornatam legimus in lapide noſtro.

DEINOLOGVS. Hoc vero non ſine exemplo: memorat gentilium Theologia Plutum itidem mox cœcum, mox oculorum acie valentem: ipſe de ſe apud *Lucianum* in *Timon.* ubi Mercurio rationes exponit, quî cœcus viam inveniat: Ἄνω, inquit, καὶ κάτω πλανῶμαι περινοστῶν, ἄχρις ἂν λάθω τινὶ ἐμπεσών· ὁ δὲ, ὅστις ἂν πρῶτός μοι περιτύχῃ, ἀπαγαγὼν ἔχει. mox ſubjicit: ὀξυδερκὴς τότε πως καὶ ἀρτίπους γίγνομαι πρὸς μόνον τὸν καιρὸν τῆς φυγῆς. Cœcam finxere utramque hanc divinitatem, quod animadvertiſſent, indigniſſimos ſæpe rebus proſperis uti atque opibus affluere; ita *reſpiciens* erit dicta, quod afflictos & calamitatibus oppreſſos, quibus olim terga obverterat, ſubinde reſpicere, iisque opem ferre ſoleat: eſt enim *reſpicere* idem quod retroſpicere.

CRITO. Tu hæc quidem non ſine auctore, quamquam non ſatis appoſite: vel in pueros notum eſt *reſpicere*, eſſe ſpectare

cum adfectu; intueri miseros non sine dolore, qui nos ad opem ferendam moveat: hoc multis in tanta litterarum luce probare velle putidum esset: unicum afferam locum ex *Epist. Planci ad Cicer. Lib. XI.* 11. *Do quidem ego operam, ut etiam Lepidum ad hujus rei societatem incitem; omniaque ei obsequia polliceor, si modo Remp. respicere volet.* Venuste allusit *Plautus Capt. IV.* 2. 54.

H. *Respice.* ER. *Fortuna quod tibi nec facit, nec faciet,*
Hoc me jubes. - - - -

Fortuna ergo *respiciens* erit dicta, quasi *Secunda, propitia:* ejus vicum in secunda urbis regione commemorat *P. Victor*, quinimmo & ædem ejus in colle legimus fuisse Palatino; forte vico ab æde nomen inditum.

ETASTES. His dilucide satis explicatis progrediamur: Dedicavit hanc basin NASELLIVS PROCLIANVS. Memini autem apud *Th. Reinesium* in *Synt. Inscr.* haberi monumentum, quod P. NACELLIVM PROCLIANVM memorat, quem cum nostro eundem esse suspicari licet.

DEINOLOGVS. Ita quidem videtur & mihi; neque obstat, quominus huic opinatio-

nationi calculum meum addam, quod in altero lapide *Nacellius*, in altero *Nasellius* scriptum legitur; sæpissime enim litteræ S. & C. cognatæ figura & pronuntiatione inter se commutantur: inde factum verbi caussa, ut in *Nemaus*. p. CDLXVII. 3. p. DCCLII. 1. SENVCII sint & in *Sabar*. p. DCCLXXVI. 11. SENECII, qui in Romanis emendatius sculptis GENVCII, GENECII, GENISII, GENVSII vocantur, & qui SENTII sunt, modo in GENTIOS, modo in CENTIOS transiisse reperiantur.

CRITO. Volvens inter hæc Reinesii librum, ubi forte inscriptionem ab ETASTE citatam investigasset, (habetur autem *Class. I. §.* 47. *p.* 91.) protinus ita cœpit: Quinimmo & ego vestræ accedo sententiæ, eundem enim esse utroque loco *Nasellium* gravissimis argumentis constat: primo in utroque lapide idem utrique agnomen tribuitur; deinde Legionis VIII. Aug. Centurionem fuisse utrumque aperte testantur lapides; accedit quod ambo hæc monumenta in eadem Germaniæ superioris provincia eruta ferantur. Obscurior hæc Naselliorum gens & rarior ejus memoria, *Gruterus* unico epigrammate p. DCCCX. 8. P.

NASELLII FELICIS meminit. *Reineſius* tamen l. c. hanc gentem, utut plebeiam, clariſſimam & cum Naſennia eandem fuiſſe adfirmat, ejus verba ita habent: *NASENNII, NESENNII, qui & NASELLII, & S in C converſo, ut factum in OCCIIS ex OSCIIS & VSCIIS; NACELLI, tum NAGELII, quod legitur in DCCXVIII. 5. gens plebeja liberaque Rep. non ignota, eoque vetus. Naſennium Sueſſanum ob res fortiter geſtas bello Cretico, quando Imperatore Metello ordines duceret, laudat Cicero Epiſt. ad Brut. C. Naſennium Marcellum Pontificem Volcani, 8. CCCXVIII. P. Naſcennium Jucundum ſub Veſpaſiano CCXLI. C. Naſennium Felicem & C. Naſennium Naſennianum ſub Pio & Marco AA. CXXVII. Neſennium Apollinarem æqualem Julio Paulo ſub Alex. A. l. 32. D. de excuſat. l. 22. D. ad leg. Falcid. l. 41 D. Quibus teſtimoniis conſtat, gentem Naſenniam per annos CCC. continuos floruiſſe inter ſuos, maxime in Campania: nam & Sueſſa oriundus fuit ille, cujus meminit Cicero, & 3. DCCCLVI. 9. DCCCCLXXVI. quæ Naſennios nominant, Capuæ viſuntur.* Hactenus ille; idque de gente Naſennia veriſſime: modo firmioribus argumentis demonſtraſſet eam cum Naſellia eandem fuiſſe. Ego enim, ut verum fatear, probare non

non poſſum quorundam Criticorum levitatem, qui in explicandis antiquis literatis monumentis, ubi minus procedit eorum diligentia, ad literarum affinium mutationem tanquam ad ſacram anchoram confugiunt; & tamdiu fingunt ac refingunt, dum ſibi inveniſſe videntur non quod pueri in faba: quo fit, ut omnia pro lubidine ſua perturbent, & neſcio quæ nobis ſubinde verborum portenta obtrudant: quod exemplis quamplurimis confirmare poſſem, ſi nunc id ageretur.

ETASTES. Et ego nonnunquam ridere ſoleo ineptam illorum induſtriam, qui cum Pſeudolo aqud Comicum, *quærunt quod nusquam eſt, reperiunt tamen.* Recte quidem a Viris Literatis, qui priſca monumenta tractant, notatum eſt; litteras & figura & pronuntiatione cognatas frequenter commutari, & maximum ſubinde uſum afferre hanc obſervationem, nemo eſt qui non intelligat. Eam vero quoties nomen aliquod inſolens occurrit, promiſcue tanquam normam, ad quam omnia ſint exigenda, adhibere, non ſani eſſe hominis non ſanus juret Oreſtes: ita nihil nobis neque certum, neque conſtans eſſet unquam;

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

Verum his missis expendamus, quæ Nasellius iste obierit munera: dicitur in lapide nostro LEG. VIII. AVG. *Augustam* dictam VIII. Legionem docet *Dio Lib. LV.* p. m. 564. atque ejus sedem fuisse statuit ἐν τῇ Γερμανίᾳ τῇ ἄνω; Diffident vero Eruditi, num Dio de suis vel Augusti temporibus sit accipiendus, & adhuc sub judice lis est.

CRITO. Ita est omnino: jam olim *Baronius* magnus Annalium Scriptor quæ Dio de stativis & hibernis Legionum Romanarum scribit, ad tempora Augusti referenda esse censebat; hinc Centurionem cum cohorte in Capernaum subsistentem, de quo Matth. VIII. Legionis Ferratæ, quæ juxta Dionem Judæam insidebat, fuisse perhibuit: Secus videtur *Casaubono Exerc. XIV. n.* 10. & *Scaligero ad Euseb.* qui contendunt, Dionem illas Legionum Romanarum sedes describere, quas sua ætate singulæ obtinuissent: *Reinesius* quid in hac sententiarum varietate potissimum sequatur non invenit; & Dionis narrationem obscuritatis arguit; *certe*, ait, *adeo perplexa est Dionis* ῥῆσις, *ut quid sequar fere ex ea intelligere nequeam.* Erit autem

autem operæ pretium ipsum Dionis locum, qui in hoc argumento ferme unicus est, consulere; ita vero habet: Τρια δε δη τοτε και εικοσι ςρατοπεδα, ή ώς γε έτεροι λεγεσι, πεντε και εικοσι πολιτικα ἐτρεφετο· νυν μεν γαρ ἐννεακαιδεκα (vel potius ἑπτακαιδα, uti legendum docuimus in Dissertatione nostra, qua Monumenta Rom. in agro Tigurino eruta explanamus *) ἐξ αὐτων μονα διαμενει, *Alebantur eo tempore* (scil. Augusti) *legiones civium Romanorum XXIII. aut quem alii numerum ponunt XXV. nostro tempore solæ XVII. restant.* Quarum deinceps nomina & sedes singulatim persequitur, atque ita claudit: Ταυτ' ἐκ των Αὐγεσειων ςρατοπεδων σωζεται: τα γαρ δη λοιπα, τα μεν παντελως διελυθη, τα δε και ἑτεροις τισιν ὑπο τε αὐτε ἐκεινε, και ὑπ' ἀλλων αὐτοκρατορων ἀνεμιχθη. Et statim postquam Legiones ab aliis deinceps Imperatoribus institutas, retulisset, subjicit: Νυν μεν δη τοσαυτα τελη των ἐκ τε καταλογε ςρατευομενων, ἐξω τε τε ἀςικε και τε δορυφορικου ἐςι. Τοτε δε ἐπι τον Αὐγεςου ταυτα τε, εἰτ' οὐν τρια, εἰτε πεντε και εικοσιν ὀντα ἐτρεφετο. Ex quibus verbis liquido constat, loqui Dionem de iis Legionibus, quæ suo ævo erant superstites; expresse dicit ςρατοπεδα τα νυν ὀντα: tam clarum hoc est ac dies dum sudum est, atque adeo miror Reinesio

* Videsis Tom. VII. harum *Amœnitat. Litter.*

ſio oculos tam clara luce caligaſſe. Dixerit quis, loqui quidem Dionem de Legionibus ſuo ævo reliquis, deſcribere autem illa ſtativa, quæ Auguſti tempore ſingulæ obtinuerint! at alia omnia inſinuat Dionis ῥῆσις, quæ ſatis diligens eſt, neque intelligo, quid neceſſe ſit, tam abſona fingere. Hoc ergo nobis hactenus certum eſto, Dionis ævo, qui ſub Alexandro Severo floruit, Legionem VIII. in Germania ſuperiore ſubſtitiſſe.

DEINOLOGVS, Quinimmo, ſi probe memini, ipſe *Reineſius* lapidum teſtimonio probavit, jam Antoninorum temporibus, adeoque LXX. pene annos ante Dionem, Legionem VIII. in Germania ſuperiore tetendiſſe.

CRITO, Prorſus ita habet; & ut ipſi ea de re arbitrari poſſitis, juvabit ipſum audire differentem: *Colligo tamen*, inquit, *e lapide IV. 7. Cantharopoli ad Nicrum viſo ab Apiano, quem MILes LEG. VIII. AVG. ANTONINIANAE, & CVIII. 1. Praumbemii prope Moguntiam invento, quem MILes LEGionis VIII. ANTONINianæ AVG. BF. COS. ANTONINO IIII. & BALBINO II. COSS. A. U. 966. dedicavit, & e LXXII. 7. in Sylva Odani, qui Mercurius*

curius Germanorum fuit, ſtatuto a L. FAVONIO SECCIANO Centurione Legionis VIII. Auguſtæ, in Germania ſuperiore tetendiſſe Legionem VIII. Aug. quod dicebat Dio temporibus Antoninorum; & hactenus quidem rite colligit; cum vero adjicit; *inde & hoc ſequitur, Dionem de temporibus Antoninorum, quibus vivebat ipſe capi debere*; ego ejus argumentationis vim parum aſſequor: Concedo Legionem VIII. Antoninorum ævo, a quibus cognomen Antoninianæ accepit, in Germania ſuperiore ſubſtitiſſe; hoc vero, ſi quid video, non impedit, quominus eam jam Auguſti temporibus eadem tenuiſſe præſidia dicamus; ita æque incertus eſſem atque olim, num Dio l. c. de ſuis vel Auguſti temporibus ſermonem faciat, niſi ipſa Dionis ῥῆσις hanc litem dirimeret, quam nulla vel obſcuritate vel ambiguitate laborare ſupra oſtendi: Ejusdem ferme commatis ſunt, quæ adtexit, cum e dictis lapidibus præterea ita colligit: *Non autem intra paucos annos mutaſſe Legionum ſtationes; ſed fuiſſe eadem præſidia iisdem locis per annos bene multos, quod noluit Caſaubonus credere, id ſimul e dictis ſaxis elicio; Sunt enim ab Impp. Antonino & L. Vero usque ad tempus, quo iſta ſcribebat Dio anni pene LXX.* Quamquam enim largiamur

Le-

Legionem VIII. sub M. Antonino Philosopho in Germania superiore substitisse, & postea imperante Alexandro Severo, adeoque Dionis ævo eadem tenuisse præsidia; parum tamen constat, num hoc temporis intervallo, quod inter Marci & Alexandri imperium intercesserat, in eisdem constanter hæserit sedibus.

DEINOLOGVS. Non possum non Critoni suffragari; neque intelligo quid ex istis lapidibus elici possit, quod argumento nostro lucem accendat.

ETASTES. Quid vero si Legionum stationes perennes & prorsus fuisse immutabiles asseramus: quam sententiam post *Baronium Reinesius* quoque tueri velle videtur.

CRITO. At hoc ipsum idoneis argumentis stabiliendum foret. Ego vero rem aliter se habuisse docebo: Memorat *C. Tacitus* frequentes Legionum Rom. migrationes: *Annal. Lib. IV. cap.* 4. ubi cursim percenset numerum Legionum & quas singulæ provincias tutarentur: *Duæ*, inquit, *in Mœsia attinebant, totidem apud Dalmatiam locatis, quæ positu regionis a tergo illis ac si repentinum auxilium Italia posceret, haud procul accirentur*. Et Lib. III. *Piso adsequitur Legionem, quæ e Pan-*

e Pannonia in urbem, dein præsidio Africæ ducebatur: ibi mansit biennium, paulo amplius, iterumque in Pannoniam remissa: *Cæsar post res a Blæso gestas, quasi nullis jam in Africa hostibus, reportari IX. Legionem jusserat: nec Proconsul ejus anni Dolabella retinere ausus fuerat, jussa Principis magis, quam incerta belli metuens.* Item *Lib. XX. Legiones victrices VI. & XVIII. Vitellianarum XXI. e recens conscriptis II. Pœninis Cottianisque alpibus, pars monte Grajo traducuntur: XIV. Legio e Britannia III. ac I. ex Hispania accitæ:* & paulo inferius: *Tutor cunctatione crescere rem Romanam affirmabat, coeuntibus undique exercitibus, transvectam a Britannia Legionem, accitas ex Hispania, adventare ex Italia, nec subitum militem, sed veterem expertumque belli.* Quibus testimoniis satis arbitror constare pro varia temporum ratione Legionum stationes ex arbitrio Principum sæpenumero mutari solitas: easdem vero Legiones subinde, quietis maxime temporibus, per longam annorum seriem in iisdem substitisse præsidiis facile largimur, quod nec Casaubonus unquam negavit. His ita disputatis, placuit in explicando lapide nostro progredi: quare hunc in modum cœpit.

ETA-

ETASTES; Erat præterea Naſellis PRAEPOSITVS CHoR. I. HELVETIORVM. Præpoſituræ meminit *Ael. Lampridius* in *Antonin. Heliog. In Senatum legit ſine diſcrimine ætatis,, cenſus, generis, pecuniæ merito; militaribus etiam præpoſituris, & tribunatibus & legationibus & Ducatibus venditis*. Præficiebantur autem Cohortibus olim Viri non ex fæce populi, ſed genere & dignitate inſignes. *C. Tacit. Annal. Lib. XX. Mox aucta per Britanniam gloria, transmiſſis illuc cohortibus, quas vetere inſtituto nobiliſſimi popularium regebant.* Quæ vero iſthæc fuerit Helveticorum cohors, iſtud nobis Crito explanabit.

CRITO. Ut vobis morem geram, rem paulo altius repetere neceſſum erit. *Cohors* vox eſt origine græca, & Græci quod clauſum vel ſeptem in anteriore domo ſeu villa χορτον dixere; id Latini *cohortem*; Per compendium frequenter ſcribitur COR. vel CHOR. ab ipſo ut videtur, hoc etymo; videſis *Sertor. Urſati Monum. Patav. p.* 95. Duplicis erat generis cohors vel *legionaria* vel *auxiliaria*. Legiones ad unam omnes ex Romanis civibus conſtabant; ſingulæ in decem partes inæquales ceu totidem cohortes dividebantur, quas quum plures eſſent,

ſent; numeris inter ſe diſtinguebant: Cohortes præterea in centurias, centuriæ in Manipulos ſeu Decurias erant diviſæ; & Manipuli quidem a Decurionibus; Centuriæ a Centurionibus; Cohortes a Tribunis & præfectis regebantur. Sociorum vero auxilia in Legiones nunquam adſcripta, extra Legionum numerum erant, ſi pedites eſſent in Cohortes relata, in Alas ſi equites. Diligentiſſime hæc ita diſtinguuntur a Romanis Scriptoribus: *C. Tacit. Annal. Lib. XXI. Tantum belli ſuperfuit, ut præſidia COHORTIVM, ALARVM, LEGIONVM modicis vicis quadripartita Civilis invaſerit, X. Leg. Arenaci, II. Batavoduri, & Grinnes Vadamque cohortium alarumque caſtra.* A Legionibus conſtanter ſejunctæ auxiliariæ Cohortes, eas in itinere ut plurimum comitabantur: *C. Tacit. Annal. Lib. XXI. Tres eum in Judæa legiones, vetus Veſpaſiani miles excepere: tradidit & Syria XII. & adductos Alexandria XXIIanos, IIIanosque comitabantur XX. ſociæ cohortes, VIII. equitum alæ.* Quanta vero militum manus, quotusve numerus ad conſtituendam ſociam cohortem fuerit requiſitus exacte definiri nequit, auctas illas diminutasque ſubinde pro temporum varietate, quemadmodum de legionariis

cohortibus constat, nulli dubitamus. Prima igitur cohors Helvetiorum, cui Nasellius præfuit Legionaria non fuit, sed auxiliarium: & plures fuisse oportet; quod hæc prima dicitur: si enim plures unius gentis cohortes essent, eodem modo, quo cohortes Legionariæ I. II. III. &c. Legionis sic illæ I. II. III. &c. illius gentis secundum ordinem, quem in acie tenebant, dicebantur.

DEINOLOGVS. Adeoque ex sententia tua sociis cohortibus illius gentis nomen inditum, unde erant lectæ; quod etiam voluit *Baronius*: ita *Helvetica* diceretur Cohors, quæ ex Helvetiis lecta. Rejicit autem hanc opinionem *Basnagius* de *Reb. S. & Eccl. Exerc. Hist. Crit. ad A.* 41. *p.* 342. *Quæritur*, inquit, *quid sit, cum Cohorti* Italicæ *nomen inditum? Baronii responsio in promptu est*; non a Legione; sed a natione inditum esse nomen, ut Italica diceretur; nec dubium ejus nationis illos fuisse milites, ex qua tota cohors erat denominata, nempe Italos. *Quod vigilantis somnium est. Num etiam tota Legio, cui Italicæ nomen, fuit constans ex Italis? Solisne ex Italis constabant Legiones a M. Antonino institutæ, quæ etiam Italicæ vocabantur?*

CRI-

CRITO. Verum ista me parum movent, ut ejus accedam sententiæ: alia enim est Legionis, alia cohortis ratio: Legiones ex solis civibus Romanis scribebantur omnes: ita cum ipsis alienarum gentium cognomina addita legimus factum id est, vel quod eas regiones tutarentur, vel ob res præclare fortiterque inter alias nationes gestas. *Tacit. Annal. Lib. XXI. Proprios inde stimulos Legionibus admovebat, domitores Britanniæ XIVanos appellans.* Cohortibus vero, cum ex variis sociis nationibus legebantur, ut in acie ab invicem facili opera separari & distingui possent, gentilia cognomina addita, ut *Batavorum, Usipiorum, Rhætorum, Helvetiorum,* &c. cohortes dicerentur: perspicue *C. Tacitus Hist. Lib. II. c.* 89. *Quatuor Legionum aquilæ per frontem, totidemque circa e legionibus aliis vexilla, mox XII. alarum signa & post peditum ordines, eques: dein XXXIV. Cohortes, ut NOMINA GENTIUM, aut species armorum forent discretæ.* Adeoque Helvetios fuisse omnes qui sub Nasellio stipendia faciebant, extra controversiam est. Præterea & istud non omittendum, cohortibus non fuisse certas aliquas sedes; aperte *C. Tacitus Annal. Lib. IV. c.* 4. *At apud idonea provinciarum sociæ triremes,*

alæque & auxilia cohortium; neque multo ſecus in iis virium: ſed perſequi incertum fuerit, cum ex uſu temporis huc illuc mearent, gliſcerent numero, & aliquando minuerentur.

ETASTES. Egregie omnia, ut ſolet Crito; At magni intererit ætatem hujus monumenti cognoſcere: Ipſum annum notat Lapis noſter, deſignando Conſules quibus Reſp. commiſſa erat: TORQVATO ET IVLIANO COS. Incidit iſte Conſulatus juxta *Faſtos Idatianos* in annum ab V. C. DCCCCI. a Chriſto nato CXLVIII. adeoque in annum XI. Imperatoris Antonini Pii. C. TORQVATVS III. Conſulatum geſſerat, ſi *Tironi Proſpero Aquit.* fides habenda. SALVIVS IVLIANVS *proavus erat* Didii Juliani, *bis Conſul, præfectus Urbi, & jurisconſultus*, teſte *Ael. Spartiano* in *Did. Juliano*, quem & Hadrianus Cæſar tanquam *jurisconſultum, cum judicaret, in conſilio habuit, eodem* auctore in *Hadrian.*

DEINOLOGVS. Quis fuerit ſub Antonino Pio Helvetiæ ſtatus parum conſtat; niſi quantum ex ipſo monumento ſuſpicari licet. Quietum ejus imperium & triumphorum expers fuiſſe memorant *A Victor*, ejusque *Epitomator*: *orbem terræ nullo bello per annos XXIII. auctoritate ſola rexit*,

rexit, adeo trementibus eum atque amantibus cunctis regibus, nationibus & populis, ut parentem seu patronum magis quam dominum imperatoremve reputarent: omnesque uno ore in cœlestium morem propitium optantes, de controversiis inter se judicem poscerent. Verius tamen *Jul. Capitolinus* in *ejus vita: Per legatos suos plurima bella gessit: nam & Britannos per Lollium Urbicum legatum vicit, alio muro cespiticio, submotis barbaris ducto: & Mauros ad pacem postulandum coegit, & GERMANOS & Dacos & multas gentes, atque Judæos rebellantes contudit per præsides ac legatos. In Achaia etiam atque Aegypto rebelliones repressit: Alanos molientes sæpe refrænavit.* Quod confirmat *Pausanias* in *Arcad.* p. m. 689. Itaque in ejusmodi ad coercendos rebellantes Germanos expeditione Helveticas cohortes legionibus Rom. auxilio fuisse nulli dubitamus.

CRITO. Quæ hactenus uberrime a vocis de ætate hujus monumenti disputata sunt, etiam IV. Lapidi facem præferunt, quam nisi fallor, integrum exhibet *Th. Reinesius Synt. Inscript. Class. I. §. 47. p. m.* 91. neque dubium est, ita esse supplendum:

SOLI INVICTO
MITHRAE
S A C R V M
P. NASELLI
VS PROCLI
ANVS LEG.
VIII. AVG.

De MITHRA ab antiquis tradita occupaverunt præter *Vossium* & *Gyraldum*, *Seldenus de Diis Syris c.* 6. *Guther. Lib. I. de vet. Jure Pontif. c.* 25. *Jul. Cæs. Bulengerus Lib. I. de Mag. l. & V. c.* 4. 5. *H. Grotius not. ad Levit. XXVI.* 30. *Th. Reinesius Synt. Insce. antiq. Class. I. p.* 93. *Salmasius ad Hist. Aug. Script. f.* 117. 349. 367. 382. 383. *Spon Recherch. cur. d'Antiq. Dissert. III. p.* 71. *Philippus a Turre in Dissert. de Mithra, Monumentis veteris Antii adjecta. Montfaucon in Diario Italico p.* 170. 198. sqq. *Christ. Gottl. Schwarzius, Vir Celeb. in Diss. de Diis clavigeris p.* 11. *sqq.* Ubi vero Reinesius ætatem Beckingensis hujus lapidis definire laborat, mirum in modum se torquet : *Ad eadem*, inquit, (Antoninorum) *tempora referrem lapidem hunc, quem pariter Centurio (nam signum hoc* 7. *neglexisse descriptores vel e vacuo, quod est in elegante delineatione ejus inter*

ter τα *ANVS. LEG.) Legionis VIII. Augustæ posuit: nisi aliunde demonstraretur Legionum VIII. Augustam ab Imperatore Augusto lectam & ab eo agnominatam; Legionem Aug. Antoninianam VIII. vero etiam authorem suum, sed recentiorem insinuare: Tum enim utrumque verum erit, & sub Augusto, & sub Antoninis Legionem VIII. Germaniæ superiori præsedisse, sed diversis agnominibus; quod valde probo ideo quia PRIMIPILAREM. LEG. VIII. AVG. sub Claudio bello Britannico lapis* Taurinensis *i. CCCCXVI. mihi offeri: & hinc dato discrimine hoc, quod dixi, lapis de* Faonio *& noster de* Nascellio *ad priores Augustos, reliqui ad Antoninos referendi, & Dio de Augusti temporibus loqui in digerendis legionibus censendus, quod volebat Baronius.* Supersedeo nunc in singulas Reinesii hallucinationes inquirere: Sufficit observasse ejusdem cum superiore ætatis esse hunc lapidem ab eodem Nasellio ex voto positum: Neque profecto mirum hominem castra sequentem solitum esse & Fortunam & invictum Solem solennibus hostiis votisque deprecari, ut isthæc Numina sibi essent propitia: siquidem omnis belli eventus imprimis dubius ac incertus; ita legimus de Demosthene in bellum ituro, inscripsisse clypeo suo, quo corpus ab in-

 juria

juria tegeret, ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ: & *Tacitus Annal. Lib. XV. c.* 17. votum appositis verbis conceptum refert. Solis autem sive Apollinis memoratæ Poetis victoriæ, velut Pythii Draconis, unde frequenter *invictus* nominatur. Habet *Sponius* in *Miscell. E. A.* inscriptionem, quæ apprime huc facit:

VIBIVS PIVS DEO
SOLI INVICTO ARAM
DEDICO VT SIS MIHI
PROPITIVS MILITIBVS
CENTVRIONIBVSQVE MEIS.

Verum latrat jam stomachus & vota facit, ut lauta cœna lepide excipiatur. Rejiciamus ergo, quæ nobis restant epigrammata in aliud opportunum tempus, si placuerit deinceps hunc callem mecum terere. Ego vero vos nunc mihi convivas volo. BIGA. Condicimus, sed ea lege ne promis & coquis operam ullam facessas: hospites erimus non multi cibi, sed joci: absint Plautina illa edicta: *alii ligna cædite, alii pisces depurgate, patinas eluite, pernam & glandium dejicite, parate laridum, porcinam atque agninam & pullos*

los gallinaceos; ophthalmia, horreum, scombrum & trigonum & cetum & mollem caseum. &c.

CRITO. Scitis bene esse, si sit unde: nominandi istorum vobis erit magis, quam edundi copia hic apud me: Docebo si operam dare velitis

- - *Quam parvo liceat traducere vitam,*
Et quantum natura petat. - - -

BIGA. Neque ergo à Critone nisi *doctiores* abibimus.

TANTVM.

IX.

VARIÆ OBSERVATIONES.

I.

Paucula sunt, quæ ad Francisci Lamberti vitam a nobis in quarto hujus opellæ Tomo descriptam *(a)* adjiciamus. In Manipulo primo Epistolarum singularium a J. Frid. Hekelio Plaviæ Variscorum Anno superioris sæculi XCV. vulgato ejus exhibetur *(b)* ad Fridericum Saxoniæ Electorem epistola, Wit-

(*a*) p. 307. sqq.
(*b*) p. 77. sqq.

Wittenbergæ A. M.D.XXIII. d. 2. Nov. exarata, e qua minus gratos eum in Academia Wittenbergensi habuisse auditores elucet. *Ecce! novissime,* scribit, *Lucæ Evangelium sex mensibus interpretatus sum, & ab omnibus simul, qui me audierunt, XV. tantum grossos accepi. Et nun consilio reverendissimi Tuæ Aulæ Episcopi, Georgii Spalatini, Cantica Canticorum Salomonis non sine magnis pro summa libri difficultate laboribus enarro; nihilominus ab universis, qui me audiunt, nec minimum quidem auxilium habeo, nec me habiturum spero.* Epistolæ illius, cujus l. c. pag. 369. sqq. mentionem feci, exemplum interea Latinum nactus sum, Anno jam MDXXX. in octavi ordinis forma typis exscriptum, hoc titulo: *De Symbolo fœderis nunquam rumpendi, quam Communionem vocant, Francisci Lamberti Avenionensis Confessio. Videbis, lector, utra partium in Marpurgico colloquio veritatis præsidio potentior fuerit.*

2.

Ibidem p. 367. Nicolai Herborn Minoritarum Guardiani Marpurgensis memini, cujus atrox & truculentum ingenium perspicitur ex iis, quæ in Enchiridio locorum communium Coloniæ Anno 1529. in

in 8. edito, Cap. XLVI. de illis, qui D. Lutheri partes sequebantur, & ipsis adeo Principibus, veritatis evangelicæ amicis ac defensoribus, pronunciare veritus haud est. Quædam inde decerpere non piget, ut liquido patescat, Principi laudatissimo Philippo Magnanimo Hassiæ Landgravio graves haud defuisse rationes, cum ejus furfuris homines editionis suæ cœnobiis exire juberet. *In eos*, inter cætera inquit, *gladius exercendus est, qui sunt seditiosi in populo, ut Barabbas, qui ob seditionem missus fuit in carcerem, qui nolunt Sacerdotis obedire imperio, ut Deuteronomius præcipit, qui contumaces sunt ac manifeste scelerati, ut præcipit Paulus. Quorum e numero maxima pars est Luteranorum, qui sub septennium hoc totam fere Germaniam seditionibus, intestinis tumultibus, cruentis cædibus implerunt, idque conantur, ut quicquid ecclesiæ catholicæ obviat, passim abeat, adeoque contumaces sunt, ut tum Imperatorem, tum Pontificem summum, tum universos orthodoxæ fidei patronos contemnant, id quod palam Christi verbo pugnat, qui inquit, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Proinde si qui ex iis Principibus sint, qui hanc labem defendant, id illis* debe-

debetur, quod olim præcepit Mosi Deus: Tolle (inquit) cunctos principes, & suspende eos contra solem in patibulis, ut avertatur furor meus in populo. Dixitque Moses ad judices in Israel. Occidat unus quisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor. Moxque sequitur Zelus legis divinæ, quo Phinees exarsit in flagitiosos. At quanto magis occidendi essent, qui nunc datu opera adversus Dei verbum Lutheranæ factionis rabulas tutantur, potissimum tamen qui eos defendunt, qui cripticis connubiis jungunt. Hinc & Paulus, Auferte malum ex vobis ipsis. Et Christus, Qui non manserit in me, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardebit. Jam & illud addendum, quod plasphemi jure divino lapidandi sunt. Qui autem magis Christum blasphemant, quam Luterani, qui eucharistiam sacram rident, qui omnia sacramenta contaminant, qui divis id adimere volunt, quod a Deo Opt. Max. receperunt?

- - - Id igitur curabit princeps, uti in ea fide, in iis ceremoniis, ut in Deuter. dicitur, se suosque servet, quas a majoribus recepit, eosque, qui iis, quæ a majoribus decreta sunt, temere reluctantur, e medio auferat. Viderint hic principes, quid Deo respondeant,

qui

qui potentes potenter damnabit ac perdet, quod tam passim hæresin incrudescere sinunt, quod Lutheranos concionatores contra omnem æquitatem ecclesiis moderandis intrudunt, quod sacra templa spoliant, quod possessiones, reddi-tus, imo monasteria ipsa in suos profanissimos usus convertunt. Omnes siquidem raptores sunt, fures ac socii furum, digni qui contra solem suspendantur, quibus regnum auferatur, & detur genti facienti fructum ejus. &c.

Non autem in hoc Enchiridio tantum Nicolaus Herborn passim in Lambertum invectus est, verum etiam alios adversus ipsum libros edidit, quorum en titulos: *Assertiones trecentæ ac viginti sex F. Nicolai Herbornensis, Guardiani Marpurgensis, veræ, orthodoxæ, adversus Francisci Lamberti, exiticii Monachi, Paradoxa impia ac erroris plena, in Hombergiana Hessorum congregatione proposita, ac plusquam hæreticissime deducta & exposita. Assertiones aliæ, quibus excusatur Guardianus, Marpurgensium, quod in Hombergiana Hessorum congregatione, post protestationem eo loci publice factam & jam tandem coram Notario legitime repetitam in Werlensi oppido, disputare noluerit;*

luerit, neque respondere Francisco Lamberto hæretico. Colon. 1526. *in* 8. *Monas sacrosanctæ evangelicæ doctrinæ, ab orthodoxis Patribus in hæc usque sæcula veluti per manus tradita. Autore fratre Nicolao Herbonensi Minorita. Abstersæ sunt fœculentiores Francisci Lamberti Avenionensis Apostatæ aspergines, quibus immaculatam Christi sponsam impudentius fœdare admolitus est. Ad Joh.Rinck, J.U. D. Item Epistola Nicolai Herbornensis ad Minoritas, quod apologia optima sit veteris vitæ emendatio.* Colon. 1529. *in* 8.

3.

Achillis Pirminii Gasseri libris, a Clar. Brukero meo in peregregia de ejus vitæ & scriptis dissertatione superius enarratis, adjiciciendum est opusculum, quod in forma quadrifariam complicata A. MDXXXIII. h. t. prodiit: *Ein kurtz Unterricht von den Cometen und haarigen Sternen, so den Sommer des 1533. Jahrs, etliche Zeit zu Morgens, darnach auch lang zu Abends gesehen ist. Achilles P. Gassarus L. Medicinæ Doctor* (c) Notandum quoque,

(c) vid. Hermanni *von der Hardt* Tom. II. Autographorum Lutheri & Coætaneorum. p. 179.

que, in ſecundo Philippi Melanchthonis præfationum in quosdam illuſtres auctores & orationum de clariſſimorum virorum vitis Tomo, Argentorati A. MDLXIIII. typis exſcripto, p.136.ſqq. legi Philippi præfationem in computum eccleſiaſticum Joannis de ſacro Buſto, Gaſſaro inſcriptam, quam Melanchthon nomine Georgii Joachimi Rhetici, Mathematici atque Aſtronomi haud ignobilis, exaravit. Sub ejus finem his Philippus utitur verbis: *Tibi præcipue dedicare hunc libellum Georgius voluit, ut oſtenderet ſe memorem eſſe veteris tuæ amicitiæ, & ut hoc loco mea voce tibi gratias ageret, quod ipſi ad hæc ſtudia hortator fueris, cœleſtibus ſignificationibus motus, cum quidem ipſe longe aliud vitæ iter, & abhorrens ab hac philoſophia ingreſſus eſſet. Quare ſtatuit ſe tibi debere plurimum, quod autoritate tua ad has artes revocatus ſit. Accipies igitur hoc munus ab amico, & honeſtiſſimorum ſtudiorum ſocio eo libentius, quia aliquid earum artium continet, quæ tibi magnum decus apud eruditos pariunt.* Scripſit autem eam præfationem Melanchthon A. MDXXXVIII. menſe Auguſto.

4. In

4.

In ſupplementum eorum, quæ a Clar. Bruckero & me de Ottomaro Luſcinio (*d*) dicta ſunt, pauca de elegantiſſimo quodam ejus libello, qui interim in manus meas incidit, obſervaſſe juvabit. En tibi plenum ejus titulum: *GRUNIUS SOPHISTA ſive Pelagus humanæ miſeriæ, Ottomari Luſcinii Argentini Jurec. quo docetur utrius natura ad virtutem & felicitatem propius accedat, hominis an bruti animantis. M. Grunnii Corocottæ Teſtamentum.*

Dicavit Luſcinius librum Argentorati in 8. per Joannem Knoblouchum menſe Decembri A. MDXXII. excuſum Sebaſtiano Epiſcopo Brixinenſi, quem doctiſſimum Principem ac bonarum literarum unicum Mæcenatem nominat. E dedicatione Luſcinium eo tempore Canonicum D. Stephani apud Argentinenſes fuiſſe comparet. Ludovicum enim Merſchuuin, qui libello occaſionem præbuit, Syncanonicum ſuum vocat: *non omnino*

igno-

(*d*) Tom. VI. p. 455. ſqq. & 601.

ignobilis, inquiens, *hic procus in lucem prodiit, sed ad alterum quendam parentem refert genus:* **Ludovicus Merschuuin** *is est, mihi Syncanonicus divi Stephani, & hospes oppido quam facetus, multoque omnium amicissimus. Imagines enim ille avitas, porcum subatrum in superficie aurea, subinde mihi ostentans, compluribus argumentis fidem jam multis propemodum fecit, porcum contra vulgi opinionem non solum non immundum animantis genus videri, verum nullo animalium imo ne homine quidem dignitate inferiorem esse, ut ne etiam dicam illi præstantem. Ex hoc sermone conceptus est porcus noster, & meis nixibus Lucina opem præsentem afferente, editus in terram, utinam felice omine.* Dialogi autem forma invicem colloquuntur Misobarbarus politioris literaturæ Studiosus, & Grunnius sophista: quorum ille elegantiorum literarum, poëseos præsertim, causam strenue agit, hic vero, (qui carminibus ceu præstigiis & incantamentis quibusdam, cum antea acerrimum in celebri quodam gymnasio disputatorem egisset, e sophista subito in porcum commutatus esse fingitur) omnibus verborum contumeliis eas insectatur, simulque suillum genus ad virtutem & feli-

citatem propius quam humanum accedere probare contendit. Irridere sui ævi philosophastros Luscinius videtur, qui spreta solidiori eruditione, cujus infensissimi hostes erant, omnia suis distinctionibus, quidditatibus, formalitatibus, hæcceitatibus, suppositionibus & similibus verborum portentis conficere volebant, homines alto fastu turgidi, contradictionis plane impatientes, & sævissimi aliorum rectius sentientium adversarii. Ut specimen habeas, Misobarbarum Grunnio, qui plurima in artem poëticam ejusque cultores convicia evomuerat, respondentem inducam. Ita autem ille p. 8. *O loquaculum hunc porcellum! o sapientiam ex sordidissima hara profectam! o prodigiosum hunc porcum, terque quaterque miserum, cui non satis erat ad calamitatem, ut corpore esset lutulento & omnifariam putido, nisi etiam inquinatissimus sophistæ animus adderetur. Nam quod ait, corpore solum mutato perdurasse mentem, id ego persuasum plane habeo. Quomodo enim non agnoscam insolentes, duros, pertinaces, ac petulantes in hac scrofa sophistarum mores? Munditiem equidem isti universam, omnesque sermonis lautitias non aliter, atque scrofa hæc jam facit, penitus respuunt, & si quid non intel-*

intelligunt protinus, jam nihil superest, nisi ut sæviant, omnia lacerent ac insectentur. Et quemadmodum sues in vineam aut agrum immissi, verrendo ac vastando humanos labores, omnia in lutum redigunt, ita isti theologiam & omnes literatiores literas sordibus involvunt, ut si ad nos jam redeat doctissimus Hieronymus & acutissimus Augustinus, contemni sese, & plane actum esse de vera ac solida eruditione his temporibus judicent. &c. Cum p. 29. idem honorificam Erasmi Roterodami, magni illius literarum restauratoris, mentionem fecisset, Grunnius ita exclamat: *Quod tu mihi hic idolum laudas: plus millies audivi a sophistis nostris nihil hoc homuncione esse insulsius. Dispeream ex sexcentis argumentis, quæ illi objicerem (modo adsit coram) si unum solvere posset. Latinistam bonum esse audivi, præterea nihil.* Ad quæ Misobarbarus: *In bara de literis judicas. Quanquam subolere mihi visus sum, funesto vos semper in hunc virum odio flagrasse, qui de omnibus studiis literarum tam bene est meritus, atque adeo solus id de se præstitit, ut nihil ad illum sint omnes sophistæ a Chrisippeo seculo usque ad nostra tempora computati, si scripta illorum cum Erasmicis nostris conferantur. Id autem male vos habet, quod orbis*

ex hujus autoris jam resipiscit scriptis, planeque persuasum habet, nihil plerisque conclusionibus & corolariis vestris excogitari posse levius atque inanius. Neque vero ipse Grunnius semper

frivola vaniloquo mendacia gutture jactat,

sed haud raro etiam vero conformia profert. Unicum accipe exemplum. *Videmus,* inquit p. 51. *multos hodie legibus a matrimonio arceri, re utique infamia carente, & qua apostoli quoque non gravatim usi sunt, impunitate nihilominus concessa iis, qui concubinis se commiscent, aut majori dedecore nothos pariunt. Quasi vero quocunque damnato concubitu pecces nihil referat, dummodo te matrimonio abstineas. Proh dedecus! O pudendam insaniam.*

Cæterum p. 487. l. c. observavi, Luscinium vernaculo sermone Ammonii Alexandrini Harmoniam Evangelicam edidisse: nunc titulum versionis Latinæ ejusdem libri, ab eo itidem confectæ, cui & alia quædam addita sunt, exhibeo. *Evangelica Historia ex quatuor Evangelistis perpetuo tenore continuata ex Ammonii Alexandrini fragmentis quibusdam e Græco per Ottomarum Luscinium versa, qua & tædio*

sacræ

ſacræ lectionis ſtudioſorum ſuccurritur, & ordine pulcherrimo mire juvatur memoria. Georgii Epiſcopi Nazianzeni miracula ſecundum Matthæum carmine Græco cum translatione Latina. Parabolæ, ænigmata, Miracula ſecundum Johannem, Lucam, Marcum. Parabolæ quatuor Evangeliſtarum. Ad Chriſtophorum, Vindelicorum Auguſtæ atque adeo veræ pietatis ſummæque eruditionis Antiſtitem. Auguſt. Vind. 1523. in 4. (†)

5.

Quid Saul inter Prophetas? exclamavi nuper, cum Naſonem, illum nequitiæ magiſtrum, a nonnemine inter Martyrologiorum ſcriptores inſipide relatum eſſe animadverterem. Fecit id auctor opuſculi de Mirabilibus Romæ, anilibus fabellis referti, quod integrum Montfauconius, Vir πολυμαθέςατος, in Diario Italico a pag. 283. ad p. 298. exhibuit. Ecce tibi ejus verba (*e*): *In ſummitate arcis ſuper porticum Crinorum fuit templum Jovis & Monetæ, ſicut reperitur in MARTYROLOGIO OVIDII de Faſtis.* In margine Montfauconius

(†) Vid. Hermanni *von der Hardt* Autograph. Lutheri & coætaneorum Tom. III. p. 99. ſq.

(*e*) p. 293. apud Montfauconium l. c.

nius hæc adjecit: *Librum Ovidii de Fastis insulse martyrologium vocat, quia ibi perinde atque in Martyrologio iduum, nonarum & Kalendarum mentio.*

6.

Tomo hujus opellæ VII. p. 79. not. (*b*) scripsi: *Nisi memoria me fallit, vidi etiam aliquando Clar. Bolzii Regiomontani Diss. de Bibliothecarum incendio.* Accipe jam integrum libri, in quem digitum intendi, titulum: *M. FRIDERICI BOLTZ Regiom. Borussi SS. Ministerii Candidati Discursus Academicus de Causis jacturæ rei litterariæ ex argumentis naturalibus, moralibus, & supernaturalibus evolutus. Vitembergæ.* A. MDCCXVII. in 4. Doctissimus auctor librum nuncupavit Fratri germano Dn. Christophoro Boltz, Serenissimi ac Potentissimi Borussiæ Regis a Consiliis Aulæ & Mandatario fisci, cujus Bibliothecam instructissimam Vulcanus vastator antea devoraverat. In sectione prima inter causas jacturæ rei litterariæ naturales primum locum elementis, interque hæc igni tribuit, ac erudite damna ab hoc literis illata p. 6. sqq. commemorat, non paucas quoque Bibliothe-

cas,

eas, quæ incendio perierunt, recenſens. Utinam vero iis non annumerandæ jam eſſent præter alias ſuperiori anno incendio Hafnienſi eheu! abſumtæ Bibliothecæ Collegiorum Academ. & Univerſitatis, nec non Summorum Virorum Chriſtiani Wormii, Martini Reckbergii, Jo. Grammii atque Profeſſorum Academiæ Hafnienſis omnium, quarum jacturam Celeberrimus Falſterus in Novis litterariis Lipſienſibus (††) deploravit!

7.

Editionibus Aldinis, quas mea bibliothecula adſervat, interea acceſſit *Euripides* Græce. Venetiis ab Aldo menſe Februario A.MDIII. in 8. officina ſua emiſſus.

(††) A. 1728. p. 899.

X.

EPISTOLÆ QVÆDAM INEDITÆ *EX AUTOGRAPHIS* IN BIBLIOTHECA VFFENBACHIANA.

I.

VIR NOBILISSIME ET AMPLISSIME!

Tum ea, quæ tibi cum parente meo intercedit collegii necessitudo & coram firmata amicitia, tum literarum tuarum benignitas plane me tuum fecit. Quare quicquid nostræ est facultatis in id omne imperium tibi deberi credas. D. Lansium & ab Illustrissimo Comite & tua humanitate commendatum, sed & suis insuper virtutibus amicissimum mihi esse cupio, eumque præ nobis omnibus complectar, nec patiar qvicqvam ab eo desiderari, quod quidem opis sit meæ. Vtinam, postqvam à cogitatione domesticorum malorum in Gallia

Gallia nonnihil respiraverit, Germaniam inveniat in statu tranquilliore, & quæ hic didicerit, ea uobis gaudens gaudentibus referat. Rupella à Rege obsidio premitur & jam portus partim aggere partim demersis nauibus, quæ lapideis parietibus transædificatæ sunt, clausus est. Spes obsessorum ultima in auxilio ab anglis, quos in pacem cum Gallia coalescere multo mallent, qui huc venerunt ex Dania Legati non sine causa rerum suarum solliciti. Meum Apologeticum à te lectum, Vir Amplissime, gaudeo. Nam non ignarus offensarum, quas in me concitabant, ideo eum scripsi, ut de mea innocentia & sincero in Patriam affectu Viris bonis constaret. Scripseram ad Amicum, quem Argentorati habeo, optare me, ut is liber in Germania recudatur: neque enim dubito, quin lucrum facturus sit librarius, cum qui hic eum librum vendit pretium intenderit usque ad octo florenos, cum decem assibus vendi deberet. Ita fit, ut nulla exemplaria è Gallia exeant: & ego eum amitto fructum, quem maxime in editione ejus operis respexeram. Super est Te ut rogem, Vir Amplissime, ut quam mihi ultro adeo obtulisti benevolentiam, eam

mihi perpetuo conserves, atque apud bonos omnes meam causam agere non dubites. Ego dabo operam in omni vita, ne tuo aliorumque favore indignus censear. Lutetiæ XVIII. Februarii cIↃ Ic c XXVIII.

T. Exc. addictissimus
H. Grotius.

Inscriptio:

Nobilissimo Amplissimoque Viro, D. D. Johanni Christopboro Assumio, Consiliario Hohenloico.

Langenburgum.

2.

S. P. D. De obitu Carissimi parentis tui, frater conjunctissime, ante literas tuas jam ex cognato tuo Ludovico intellexeram: quo casu ut te affici pro filii officio par est, ita communem mihi tecum luctum pro conjunctione nostra existimo. Sed quid? Mori hominem, fati lex communis, & inevitabilis: quandocunque mori voluntas Dei, vitæ necisque arbitri, nunquam non bona & justa: ante liberos patrem mori, votum ipsorum parentum &

& ordo naturæ. Itaque lugebis patrem ut filius, moderaberis luctum, ut vir ſapiens, pro luctu felicem obitum gratulaberis ut Chriſtianus. Denique ita patrem lugebis, ut operam ipſe des, quo Pater fias, & habeas qui te ſeris ab hinc annis morientem & ipſum lugeant patrem. Hoc paucis, quia ſapienti ſat. In patriam tibi profectionem neceſſariam futuram, facile conjicio: quod cum facies, quæſo me aliquot ante diebus certiorem face, ut literulis quibusdam te onerem & ad amicos commiſſionibus. Ante omnes Welſero Conſuli (qui ad commendationes meas priores te videre geſtit & beneuolentia prolixa proſequetur) commendari me viciſſim cupio, ſed quid ago? Nonne tu nos prius, quam illuc eas inviſes? Spem certe facis, atque utinam tandem non fallacem; ſi tamen fieri poteſt, quæſo, id ne omittas: doleremus enim nos cum tam prope fuiſſemus, fere ad teli jactum, non conveniſſe, ſalutaſſe, amplexatos eſſe. D. Steublinus, nuptias fecit 7. & 8. hujus: quibus una cum uxore, item & Frimanno Collega meo, interfuimus hilares. Vxorem certe ſortitus eſt forma, & fortuna moribusque

bonis

bonis & se dignam. Abrumpo has, interpellatione Ludovici tui tabellario eas tradere properantis, & spe coram tui videndi. Vale feliciter cum dilectissima tua & salve à nostris. Dat. Coloniæ Agrippinæ 18. Februarii Anno Christi 1597.

Tuus Solidus Marq.
Freherus.

Inscriptio:

Nobilissimo & Clarissimo Viro Domino Georgio Remo, Patr. Aug. JCto & Consiliario Widano, cognato & fratri Carissimo.

Dierdorff in der Graffschafft Wied.

3.

EXCELLENTISSIMO VIRO D.
D. JOANNI FABRO, D. M.
AMICO ET PATRONO SVO
COLENDISSIMO
CAROLVS PATINVS.

Etsi tarde tuis litteris rescribam, tardius adhuc hoc essem functus officio, nisi Cl. Volkameri Medici Norimbergensis litte-

litteris admonerer, Libitinam ſæviſſe in Welſchium noſtrum: heu! virum bonum longiori vita digniſſimum. Nuper ad me ſcripſerat, utut occupatiſſimus, litteras tamen & elegantiarum & intimæ amicitiæ pleniſſimas Neſtor (*a*): eam epiſtolam per amicum mandaverat nuper, ſed reſpondere obſtitit temporis brevitas. Præterea continuo exſpectabam faſciculum illum tuum, in quo ſtrychnomaniæ Tuæ exemplaria continentur & adhuc expecto. Num lateat quidpiam pro me in domo Germanorum, inquiri curavi, neque quidquam compertum eſt: Vide Tu an plura noveris, per quem miſſus fuit & quemnam ſciſcitari debeam? mercatoribus enim illis Venetis Germanis probe notus ſum. Verum ut fatear quod ſentio, vereor ne bibliopola, cui id mandandum commiſiſti, tuæ commendationi parvam curam habuerit; illi enim frequenter ſunt nebulones, quibus ne quidem τρίχες fiderem: Vnus eſt Auguſtæ nomine Gœbel, de quo valde conqueror, cum à Veſtenio (*b*) bibliopola Hollando per

(*a*) Neſtoris nomine in ſocietate Academiæ Curioſorum inſignitus fuerat Welſchius. vid. Illuſtr. Lucæ Schrœkii Memoriam Welſchianam.

(*b*) Wetſtenium procul dubio intelligit.

per eum librorum fasciculum recipere debuerim, quem non recepi, scribente semper illo ad Vestenium se misisse: quoniam à me litteris impulsus, scripto mihi id fateri non audeat. Forte ille idem ipse Tuus erit commissionarius. Nunquam fidam Bibliopolis. Hæc tamen inter nos. Jam diu est à quo significavi bibliothecæ Germanorum Arristarum Te ipsi offerre exemplar strychnomaniæ, quod subito ipsi traditurus sum atque recepero. Voluissem quidem jam recepisse, inscribi etenim curassem Indici librorum, quem nuper imprimi curavit natio Germanica. Interrogavi Frambottum nostrum de Pauli à Castro MStis, quorum plane vel ignarus est, vel ignarum se fingit. Ne cogites de ipsis quidpiam tradendo quod imprimatur, adeo sunt & litterarum osores & pauperes, ut nil aliud cogitent quam pecunias: Eas bonis artibus comparandas minime callent. Tum de maximo Olibrio & P. Alpiani inscriptionibus antiquis amplissime disseruit Eques Orsatus in lib. cui titulus est: MONVMENTA Patavina, liber lectu dignissimus: Fecit idem & alia opera ad id argumentum. Adhuc stat colossus Herculis in ædibus nob.

MAN-

MANTVÆ. Lucernam ego vulgavi in libro de numismatibus in IMPP. ROM. omnibus quæ hactenus descriptæ & sculptæ sunt, elegantiorem. Tuam epistolam ad Kircherum P. Soc. J. Romam amandavi, per Studiosum Medicinæ itemque bonum Lutheranum. Tuto erit commissa, cujus forte habueris responsum. Est ille, ut audio, admodum senex, ætate & viribus. Nulla mihi cum eo intercedit familiaritas: Quamvis itaque antiquitatem colat, is paulo suspectiorem & ad Jesuitarum morem tractat; Ego vero sincere & plane ut Historicum decet. Recuperavi condituras illas petrosas quas Confetti di Tiuoli nuncupas: si lubet ad Te mittam, ut & lapidem illum qui in Tyrolensibus capris montanis reperitur, eos à pileis quos lampendo in ventriculum demissos cogunt, oriri procul dubio nosti. De quo articulum fingam in mea oratione Italica æstate media proditura.

Memoras Te mittere lapidum Rom. inscriptiones, quarum interpretationem requiris, quantum in me erit, satisfaciam; primum est, ut illæ recipiantur: forte eam habeant fortunam quàm strychnomaniæ exemplaria. Stoffelium Tuum, si ille

si ille sit, cui commiseris, graviter increpo.

De Serenissimo Principe Friderico nostro nihil protinus intelligo. D. Georg Stoffel hoc mihi procul dubio procuravit infortunium: adeo in me nescio quo fato pessime animatus est. Viennæ tamen ubi audio degere pro tutela certantem Principem potuissem quidpiam in ejus utilitatem conferre, quod lubentissime fecissem. Vbi terrarum sint juniores Principes? Quid de Stoffelio Stutgardiensi audivi? ubi est? Totus sum in studiis medicis. Genio enim & debito meo satisfacturus laborare plurimum cogor; præterea ut nescio quam famam adeptus, eam ampliorem faciam. Nuper orationem habui de febribus, quam Tibi occasione data paratam habeo: nisi cito occurrat, adjungam aliam de Avicenna, at hæc nondum impressa est. Quin & epistolam horis subcisiuis scribo de nummo rarissimo Horatii Coclitis, qui nuper in manus meas incidit. Plure meditor, quæ præsens otium non fert: aliquot porro sunt non solum ab amicis verum & a litteratis bonis, accepta meo judicio futura.

Se-

Senatus Veneti in me propenſionem magnam certo novi, quæ me eo magis ad meum officium allicit. Quam vellem pacem imperio donatam! litteratis omnibus foret longe melius: Annon noveris in Aula Cæſarea de me cogitatum fuiſſe, qui unus eſſem è Archiatris C. S. M. id certe novi. Neque adhuc illius in locum Galli D. Billote ſuffectus eſt, qui Viennæ magnas coëgerat opes, prope immenſas; pauperibus teſtamento addictas: Homines ignivoros nuper vidimus, carbones ipſos deuorantes, ceram Hiſpanicam accenſam, una cum ſulphure atque bitumine liquefactam, ferrum inſuper candens linguæ imponebant. Sunt hæc quæ naturam ſuperant, meo judicio, quæ ideo minus ad nos faciunt. Strychnomaniam Tuam avide expetimus. Vale Amicorum decus & me ut Te amo redamare non graveris.

Scribebam Patavii, 20. Dec. 1677.

Meditor, imo aggreſſus ſum opuſculum de Progreſſu Medicinæ an de tali argumento quidpiam audiveris aut videris? Plura ſcribo audacter at vere. Libertas ingenuos decet. Vale Vir Optime.

Inscriptio:

Excellentissimo Viro D. D. Joanni Fabro, Doctori Medico celeberrimo, & Reipublicæ Physico.

Hailbrun.

4.

VIR MAXIME REVERENDE,
AMPLISSIME
ATQVE
EXCELLENTISSIME, DOMINE AC
FAVTOR PLVRIMVM HONORANDE.

Nisi animi Tui candorem, quem literis humanissimis comprobasti nuper, magni æstimarem, næ ab omni humanitate alienus essem. Præsertim cum amorem simul Tuum in me nullo alias Tibi merito notum, satis benignum declaraveris abunde, non obstante sinistri de Tua historia judicii à me lati suspicione, quam nescio, quis malevolus concitare ausus est. Recte vero, Celeberrime Vir, malignæ relationi aut rumori non prius fidem habuisti, quam ex

ex me quæſiveris; an ille aliquid ex vero traxerit. Candide vero de laudatâ Tua hiſtoria ſententiam meam qualemcunque proferam. Laudavi ego ſtatim inſpecta illa operam tuam ac induſtriam, quam in colligendis actis publicis & non ubivis obviis impendiſti; ſed addidi, acta illa non feriæ geſtæ hiſtoriæ eſſe digeſta & uno hiſtoriæ filo contexta. Interim non improbavi operam ſane utiliſſimam; cum multi iique magni Viri ſimili modo acta publica in lucem emiſerint. Goldaſtum puta, Hortlederum, Lundorpium & τὸν πάνυ Seckendorfium noſtrum νῦν ἐν ἁγίοις. Quorum ſtudium certe non minus publico utile eſt, ac illorum, qui cum Sleidano, Thuano & Pufendorfio noſtro res perpetua connexionis ſerie compoſuerunt. In hoc judicio meo, Vir Excellentiſſime, ſpero nihil erit, qvod pro candore Tuo reprehendes. Ideo & Actis noſtris Eruditorum librum Tuum inſeruimus ſtatim. Cæterum qvod in primo decennio quædam de furore fanatico commemoraſti, nec illa improbare poſſum, ſi non, ut aliqvi perperam fecere, de Pietiſtis nuper per ſummam malitiam fictis accipiantur.

Qvanqvam nunc etiam sub illo monstroso nomine fanatici & qvidqvid est ineptorum hominum veniant. Fabula illa prolixa est & multis fraudibus & neqvitiis instructa. Verum si apologetica Virorum innocentum legeris publicata, mysterium magnum iniqvitatis observabis, qvod sub Pietismi nomine tegitur. Venerandus Socer meus D.Spenerus Te Plurimum salvere jubet, gratissimum sibi fore Tuum litterarum commercium testatus. Serenissimus Elector noster eum libenter in aulam suam revocaret, nisi alia impedimenta forent. In autores libellorum famosorum de Pietistis sparsorum, ejus jussu jam severe inqviritur, ut fabulæ aliqvando finis imponatur & scandalum tollatur datum. Qvod exulcerato hoc Religionis & Reipublicæ statu vel maxime optandum est. Historiæ Tuæ partes tres jam possideo, si reliquarum etiam copiam nobis facies, Tibi me Maxime obstringes. Vale & Ecclesiæ atque rei litterariæ bono qvam diutissime vive faveque

Tui Celeberrimi Nominis

Cultori sincero,

Adamo Rechenberg.

Lipsiæ Cal. Mart. 1694.

In-

Inſcriptio:

VIRO Maxime Reverendo, Ampliſſimo atque Excellentiſſimo Dn. JO. WOLFG. JAGERO, S. Theolog. Doct. & in illuſtri Tubingenſ. Acad. P.P. ordinario Celeberrimo &c. Fautori ſuo multis nominibus colendo &c.

Tubingam.

* * * * * *
* * *

Nota ad p. 1082.

Nicolaus Maria Tedeſchi, Epiſcopus Liparenſis edidit etiam Anno MDCCXV. Romæ in 4. Maj. *Diſſertationem de Eccleſiaſtici Interdicti ſententia nec ullum ob metum violanda, nec ſubjectorum judicio expendenda, ex occaſione Sicularum cenſurarum*, quam Celeberrimi Actorum Eruditorum Collectores An. MDCCXVII. Menſ. Maj. p. 204. ſqq. recenſuerunt.


Errata extantiora Tomi IX.

In Dedicatione subinitium pro *privativæ* lege *privatæ*. pag. 684. lin. 4. lege PLETHONIS. p. 698. l. 18. pro *& simul*, l. at simul. p. 732. l. 20. l. Ignatiani. p. 747. l. 18. Candidati. p. 757. l. 1. l. Juliades. p. 817. lin. ult. dele (*) *Nuper disserui*. p. 830. l. 22. l. μονοφυες p. 832. l. 2. post verba *faciunt autem* adde *inquit*. ibid. l. 4. pro *quia* lege *qui*. p. 839. l. 1. l. Θεοι πολλοι. ibid. l. 7. ανισχοντες. ibid. l. 20. pro αραθοι lege ορατοι. p. 840. l. 23. ανωνυμον. p. 860. l. 12. pro *Platonis* l. *Maximi*. p. 874. l. 14. μυθων. p. 881. l. 19. post vocem *plantarum* adde *utatur*. p. 886. l. 12. diversum. p. 888. circa finem post vocem *diversitatem*. adde *nullam*. p. 908. l. 15. pro *præteriere* lege *præterire*. p. 932. l. 5. pro φυχην l. ψυχην. p. 964. l. 6. θελοντος. p. 969. l. 15. communicemus. p. 970. l 4. post verbum patet, pro puncto pone comma. ibid. l. 10. κειμηλιων. p. 982. l. 14. pro 1489. l. 1499.

Tom. X.

P. 1016. l. 14. pro *P. Hier. Welshio*. l. *G. Hier. Welschio*. p. 1026. l. 18. pro *Votantur* l. Notantur. p. 1028. l. 29. lares. p. 1037. l. 19. pro LINCKIO l. Zinckio. p. 1048. l. 10. post vocem *reculas*, *dele* punctum. p. 1083. l. 1. Pontificis. p. 1197. l. 11. pro *Libanii* lege *Ulpiani*.

Reliqua B. L. aut condonabit aut emendabit.



INDEX.

A.

B.

C.

Con-

E. In

E.

F.

G.

Jeſui-

M.

M.

N.

O.

Orsati

P.

Jeſui-

M.

M.

N.

O.

Orsati

P.

Pro-

T.

V. U.

W.

Z.

F I N I S.